

De vitae felicitate dialogus : A 241 /

HS A 241



National Library
of Sweden



Svobestyrskene vord, naar sin
fick bokene, jo^o samme sate
in faldte i et Merkmønta-
nigt, trossigt perg. boud.
Det kunde ej konserveres.
(Besønkigen tror jeg ant-
samt ant boudet er et
af mine mærkeligste fund,
ty ingen menneske har
forint end p^ostalt sig, ha-
seti et europæiskt guld-
pressat boud som sidst
hve 145-8.)


Kungl. Biblioteket,
STOCKHOLM
Handskrifter.

№ A. 241.

I
Den lilla kotteku härstamman
från Alfons den 12 af Kastilja-
aragonien (död 1458) bibliotek,
och spållarna af original-
bandet representera det äldsta
kända europeiska guldpressade
band som jag hört omtalas.
En kejsare kom konstläraren
till Matth. Corvinius. Det
aragoniska biblioteket fördes
på 1490-talet som bytte till
Frankrike, men alltsammans
är för länge sedan ombrändt.

Dr. Hierta





A D. AIF

SIMVA

DE

UM. I



maru
cum o
omni
mine
horib
cerit
petu
cunde
exithm

Ex
Rejy

neapolitani

A. D. ALFONSVM. REGEM GLORIOSIS
SIMVM. BART. FACU IN DIALOGVM
DE VITAE FELICITATE. PROEMI
VM. INCIPIT feliciter.



VHANE VITAE
conditionem sepius
Reputanti mihi Rex
sapientissime: illud
maxime mirandum uideri solet quod
cum deus ipse Princeps & conditor rerum
omnium nihil in terris prestantius ho-
mine creauerit: hominem ipsum tot la-
boribus & calamitatibus obnoxium fe-
cerit: ut nemo adhuc ex tot seculis re-
pertus sit: cui res in omni uita ad se-
cunde cesserint: ut il se beatum ppetuo
existimauerit. Id autem diuina sapientia



*Ex Bibliotheca Antonini de Amico
Regij Historiographi, et Can. Camer.*

promissum esse. *litis crediderim. quod A*
mortales perspectis uite miseris nullā
in terris ueram solidamq; felicitatem
constare sciant. ac proinde celum illis
suscipiendum esse: ubi uera et semper
manens beatitudo sit: quod quantum
in me fuerit exquirendum putauī:
Itaque cum superioribus mensibus
ociosus essem. et aliquid scribere decre-
uissem. qđ excellentie tue placere posset.
multaq; ab antiquis et contemporaneis
uiris grauius et ornate scripta occurre-
rent: quibus nichil omnimō addi posse
uidebatur. de uite felicitate scribere in-
stitui: quoniam ea res mihi digna uisa
est maiestate tua: et nihil de ea ad huc
scriptum uidi: quod quidem mihi usq;
adeo satisfaciat. ut aliud non desiderē

Nec uero me ab hoc proposito ut arbit-
 or honestissimo absterruit materie diffi-
 cultas. licet illam scirem theologie mag-
 is esse q̄ eorum studiorum. quibus ab
 adolescentia mea incubui. Nec certe ta-
 tum operis aggressus sum. quod sim
 fretus ingenio vel doctrina. que sentio
 in me q̄ sit exigua. Sed potius diui-
 na ope confisus. unde omnia mortaliū
 ingenia lumen accipere et sapientiam
 liquet. Nam quis est q̄ius summo
 et acutissimo ingenio. qui ista pape
 et tradere absq; diuino auxilio se posse
 confidat. An potest esse quicq; occultius
 in tota theologia. q̄ summi boni. et
 beate uite questio. cuius est inter p̄hos
 tanta dissensio. Ego tamen totam opi-
 nionem meam ex hoūm sapientissimoz

sententiis et diuinitat inspiratorum tra-
ditiōe confirmauit: quod legens ipse
cognosces. Hoc autem opusculum quod
quod ad laborem meum attinet haud
satis dignum videatur: quod in tam
magni et tam excellentissimi Regis
manus perueniat: maiestati tue dicar
statui: quod quidem merito tuo uide-
or mihi facere debere: Nam ut omitta
tuam in me beneficentiam singularem
in quem Regem de beata uita libellus
conuenire magis potest quā in te qui cō-
muni opinione Regum omnium eta-
tis nre beatissimus habere: nec ab re
quidem: Habes enim Rex sapientissi-
me: quod de Cyro minore persarum
Rege: Lisandro lacedemonio dictum
ferunt: fortunam scilicet cū uirtute

conuictam. Quis enim te uel prudentia
 uel magnanimitate: uel equitate: uel
 moderatione: uel clementia: uel facili-
 tate uel liberalitate prestantior. Quis fat-
 is Illustrior: quis preterea in gerendis rebus
 felicior. Cum enim cogito quod opere tibi
 fortuna fauerit: in amplificando primo
 Regno: tu profecto unus mihi uideris
 non solum cui faueat: sed etiam obte-
 mperet ipsa fortuna. Sed de laudibus
 tuis plura post hac si mihi uita contige-
 rit: Ego enim pro meo in te amore: et
 obseruantia singulari quam malo rebus
 quam uerbis prestare: tuis uirtutibus et rebus
 gestis celebrandis: magnificandisque:
 nunquam profecto satiari possem. ut omnibus
 posteris notus: & clarus etiam per me fias.
 Ut autem scias libelli ordinem Antonii

panormitanam poetam atque equitem pre-
clarum. Guarinum ueronensem oratorem
prestantissimum. Ac Iohannem Lamolam
disertissimum uirum colloquentes facio:
Ut coram quasi prestantes inuicem loq-
pites. Habet enim nescio quomodo pl-
us suauitatis et gratie. dicam etiam dig-
nitatis oratio per dialogum descripta.
quod pro tua sapientia non ignoras.
Quod reliquum est Rex magnanime
te oro ut hunc libellum quicquid est
tuo nomini destinatum ea fronte atq;
uis oculis quibus soles. que tibi grata
sunt suscipias et per ocium perlegas:
Quem si maiestatis tue grauissimo iu-
dicio probari sensero gaudebo. Neq;
amplissimum laboris mei fructum ma-
ximumq; a te munus consecutum



...xistimabo
INCIPIT DIALOGVS.

DOMINI ANTONIUS panor-
mita clarus et singularis
poeta iureque consultus
teretiam se se alii contulisset. et forte
apud quatinum veronensem eloquē
tissimum virum essemus ambo: cuius
hominis uisendi gratia meam urbem
profectus eram: Interuenissetq; lamola
post mutuos complexus: et multa uerba
de mutua ualitudine ulro citroque
ab illis habita: in uarios sermones inci-
mus: Cunque de humane uite condicio-
ne sermo inter nos ortus foret: quod
mirum uideretur nobis: cur cum oes
in id potissimum ingenium: studiūq;
intendant: ut felicitatē consequatur

nemo adhuc illam adeptus fuerit
ANTO. visne inquit **Quaestio** quod oculo
sumus: et res digna est disputatione ve
a professione nra parumper recedentes
et quasi ludentes philosophorum campum
ingrediamur: atque ut de hac re aliquid
differamus: Neque enim uerendum est
ne si philosophorum arma induamus: aut ari
stoteles: aut plato: illa nobis tamquam sua
e manibus auferant: etiam si illis non
omnino aptissime uti scierimus: tuque
rhetorum: et ego poetarum armis magis
uti consuerimus

QVA. et id uehementer cupio: nec res
prope ulla est: de qua ego disputare uel
audire malim: Est enim ut dixi res
disputatione digna: ac prope quotidiana
hominum questione pertita: mihi quoque

5
congratulationem et iterum laetitia me ut arbi-
tror si quid de hac re sentias nobis explica-
ueris.

ANTONIVS. Haud
equum inquit postulas. Quare qui cum
etate et rerum usu me superes. uelis a me
de hac materia que magis tua q̄ mea est
prioris partes in disputando suscipi. Quā-
ob rem tuum officium feceris si ut etate
prior es: ita prior sententiam dixeris.

GVAR. Non diffitebor inquit Antoni-
id. quod si uelim inficiari non possum. me
quidem etate precedere: sed quod in ceteris
partibus te antecedam. in eo tibi plane nō
assentior. Presertim cum tu uiris cōsult-
us et equus sis. cumq; plures rhetores his
temporibus inueniantur satis clari. poe-
ta autem Illustris preter te nullus: qui
quidem a sigisimondo impatore propter

optimum de te iudicium consensu omnium
excitatum laurea corona more maiorum
donatus sis: que res usque ad huc mirorū
contingit nemini **ANTONP** facis in-
quit quare ut soles. Quos enim ualde
diligis eos semper supra modū laudas:
et extollis: Itaque minus miror si tan-
tum mihi modo tribuisti q̄tum utinam
mihi merito tribui posse cognoscerem: Sed
gratum feceris si laudibus meis parcens
de te ip̄a disputare ceperis. **QVAR.**

faciam quod iubes q̄n ita me cogis
ne me in exorabilem: aut difficilem dicas:
aut hoc disputationis genus defugere:
me velle suspiceris: Atque illud breui
dicam quod sentio: neminem in hac
uita beatum esse posse siue if actiuam:
siue contemplatiuam uitam sequatur

6
Est enim institus natura mortalibus inexplē-
bilis quidam appetitus in quo ^{quāto} maiora quis
adeptus sit ea plura desideret. pluribusq;
carere se sentiat. Idq; hoc uno argui et pro-
bati potest: quod neminem uidemus quod-
cumq; uite genus sit ingressus: quem non
paulo post delecte uite peniteat: qui que i
eo genere uite diligendo sese crasse non exi-
stimet: et alienum institutum non magis
probet quam suum. Ego enim hanc esse
uite beatitudinem duco hęc earum rerū
copiam: et elegantiam. que ad victum cu-
lunq; corporis necessarie atque hone-
ste sint: pntiq; rerum statū contentum ee:
nec sentire se ulla re indigere: nihil expete:
nulli questui seruire: omni denique ani-
mi anxietate: omni corporis carere molestia:
Cui autem hec non sint: Beatum esse

nullo modo posse: et quoniam nemo
hac hominum communitate degenere ista af-
sequi possit: propterea beatum naturam
existimandum esse: Qui uero distracti hum-
anarum rerum curis: totos se se incognitio-
nis. & scientie studijs collocarunt: ij nec
beati quidem: quoniam dum hoc corporis
minere: et graui necessitate funguntur: tra-
quilitem mentis: unde felicitas paritur.
consequi non possunt. Est enim innumerabi-
libus laboribus et periculis referta hec ui-
ta: quibus et si non omnino frangi: tamen
non commoueri sapientis animus non pot-
nisi penitus sensu caruit. Habetis his pa-
ucis quid de uite felicitate sentiam: de
qua: et alia multa dici posse no negaueri
ANTONVS Actiue uite partes non
ausim defendere: scio enim id esse difficile

Sed hec erit lamole nro prouincia: quem
 intellexi te dicente non annuere sententie
 tue: et meditari secum quem tibi responde-
 at: Cum uero ad contemplatiuam uitam
 uentum erit: eius defensionem subire no-
 recuso: quod munus me tueri posse non
 diffido: **LAMO.** Haud equum facis
 Antoni: qui tantum oneris mihi imponis:
 et si non omnino precetoris mei sententie
 acquiesco: Sed tamen ut morem geram uo-
 luntati tue hunc laborem suscipiam: non
 inuitus: idq; aliquanto libentius ut te po-
 stea contemplatiuam defendentem audia-
 mus. **ANTO.** bene facis Lamola qui tam faci-
 lem te nobis prebes: sed hoc imprimis agito:
 post agam quod uoles. **LA.** Recte tu qui-
 dem: et sapienter euare ut soles omnia
 que ex te queruntur: Sed tamen difficile

est assentiri tibi nullam uiuendi ratione
esse: que uitam beatam possit efficere:
Hultos enim quotidie uidemus: quibus nic-
hil de esse ad beate uiuendum existimat:
esse preterea multa: que hominem beati
prestare possint reor: Tu uo nullum pe-
nitus excepisti: Sed de omnibus unum
atq; idem tanq; de patricidis ac sacrilegis
iudicium tulisti. **QVA**re nam ea sunt
lamola quibus hanc felicitatem compa-
rari putes posse: nam libet certe exa
exaudire cuiusmo sint. **LA**. Ego inq;
primum crediderim diuitias prestare
hoc posse: que uel ob eam rem maxime
optantur: et queruntur: ut earum reru
nobis sit copia: que uel necessitati: uel
ornamento sint: Hinc enim magnific
as edes: amplissimas uillas: cultissima

rura: uberes agros: preciosam suppellectilem: uelces egregias: vasa argentea aureaque celata: margaritas gemmas: infiniti sumptus: hinc equos insignes: seruos: ministros: hinc denique omnia ad splendorem uite pertinentia comparamus: hinc amicos adiuuare: propinquis benefacere: liberos locuplectare possumus: Que qui habeat hunc non beatum putare iniurium puto:

QVA. Longe in hoc lamola a te dissuetio. Diuitie enim non satietatem hominibus afferunt: sed maiorem potius auiditatem et sitim: Quotus enim quisque reperietur qui etiam si abundet omnibus bonis non alia: atque alia maiora expectat: Eius rei nobis grauissimus testis est Iuuenalis noster elegantissimus ita inquit: Interea pleno cum turget

sacculus ore: Crescit amor nūmi q̄tum
ip̄a pecunia crescit: et minus hanc optat
qui non habet: Hec uō solum appetitu
augende rei familiaris angitur diues:
sed etiam que adeptus est amittendi me-
tu. Atque ita unde uite tranquillitatem
atque iocunditatem expectabat: Inde
Anxietas et sollicitudo exoritur. Quid
qd̄ his probi homines sepe carent: et im-
probi exuberant: sed illud diuitiarum
malum est maximum: qd̄ sepe tyrannos
et facinorosos homines ad bonorum cede
incitant: Legimus enim apud Suetoniū
et alios historiographos: innumerabiles
prope clarissimos et eosdem innocētissim-
os viros a Caligula / et Nerone: ut reliq̄
taceam: diuitiarū magnitudine interfe-
ctos fuisse: quibus non esset illata uis

si pauperes extitissent. Hinc inde Sator.

Temporibus igitur diuisi iussuque neronis

L
onginuum et magnos senece p̄diuitis or-
tos clausit et egregias Lateranorum ob-
sidet edes: Tota cohors rarus uenit in
cenacula miles: Nec uero tyranni solu-
sed etiam mundi metuuntur: nec iudi
modo: et alieni sed etiam domestici:
Veretur enim locuples: ne aut a seruis:
aut a ministris expiletur: neu tanto su-
dore partas diuitias uno momento ami-
uat: et qd̄ grauius est ne sibi afferantur
manus: si quo preterea pagrandum est
quantillum argenti secum ferat: semp̄
itineris sollicitudo est comes: Timet: n-
ne in latronem incidat: a quo ne dum
re: sed etiam uita spoliatur: cum quide
tenuis ille: paruoz contentus nec latro

nes nec insidias perhorrescat et uel per
medios intrepidus eat. Sic satyrus pau-
ca licet portet argenti uascula puri.
Nocte iter ingressus gladium contigit
timebis. et motus ad Lunam trepidabis
harundinis umbrā. cantabit uacuis
coram latrone uator. Hec uero di-
diuitem appellabo. qui questum qui
mercature det operam. etiam si cosini
fortunas possideat. Quoad enim quis
alia atque alia queret diuitem non
putabo. qui si diues non erit certe pau-
per. et ob id communis hominum sententia
non beatus. Preterea apud amicum
vel apud tyrannum cenans locuples
illorum epulas non nunquam suspectas habet.
Et quod miserius est porrecta ab vxore
et propinquis pocula interdum horum

hinc ille ipse satirus. Sed nulla aconi-
 ta bibuntur fictilibus: tunc illa time
 cum pocula sumes gemmata: et lato
 setinum ardebit in auro: Atque ita que
 in diuitiis: uite portum sperabant no-
 modo non inuenerunt: sed sumam po-
 tius procellam: et turbulentissimam
 tempestatem. que cum ita sint dices in
 diuitijs beatam uitam consistere: **LAM.**
 Depulisti me de sententia mea. Quare.
 Tot enim rationes attulisti modo ut non
 solum ^{non} putem diuitijs felicitate continere-
 ri. Sed magis mirer esse aliquem qui p-
 illis congerendis se se laboribus et capitis
 periculis exponat. Sed quis tibi conce-
 serim diuitias non posse beatam vitam
 reddere. non tamen tibi concedo princi-
 pes et Reges non beatos esse. Quid

enim illis deficit: quo non beati putandi
sint: In primis enim que uel ad uictu
uel ad ornamenta uite attinent illis
adsunt: nec ad satietatem modo uerū
etiam ad delicias affatim: nihil audi
unt a suis qđ illorum aures offendat:
omnes ad eorum uoluntatem tacent;
somnia ac requiem pro eorum uoluntate
atq; arbitrio capiunt: omnes ueniētib;
illis assurgunt: assistunt: cedunt: pa
rent: prosperis illorum rebus collectat^o
aduersis uero contristantur et condolet:

Illorum casus consilio ac re subleuare
nituntur: Si quid est pulchri in toto
Regno ad se defertur: huiusmodi amp
lissima quotidie accipiunt: non a sub
dictis modo: uerum etiā ab externis:
Quibus eorum gratia atq; familiaritas

cara est: habent aulicos magnos et pre-
 stantes viros qui frequentes apud illos
 sunt: qui illis ministrant: qui illorum
 exequentur imperia: Voluptates uero
 omnis generis illis percipere facile est: quod
 nemo est: qui non toto studio gratificari
 conetur: Habent preterea quod ego ma-
 ximi omnium facio: prope parem cum
 deo in homines potestatem: In illos cuius
 uis necis atque uite habent: ut et no-
 centes seruare et innocentes occidere si
 velint possint: Nam ut ait sapientissim-
 us cicerone noster: Nulla siquidem re ad
 deos immortales propius accedimus quam
 salutem hominibus dando: quod preter
 Reges ac dominos dare nemo potest:
 Si quidem Legibus magistratus obstri-
 ctus est: quas ei preterire non licet.

Voluntas autem principis pro lege habet.

GVA. Credo te Lamoia non tam ista dicere quod ita sentias quod ut uideas quibus rationibus illa confutem dicam tamen quod sentio michi quidem omnia que dixisti modo videntur ad refellendum facilia. In primis quod dicis nihil regibus deficere quoad necessitatem dignitatemque uite pertineat. Hoc certe haud magnum est: et in Principe nequam admirandum. Multi et non privati cuius istud assecuti sunt: quibus non modo necessaria sed etiam deliciae et voluptaria abunde sunt: Namque ad explendam huiusmodi rerum concupiscentiam etiam private opes sufficientiunt: hoc assequi poterat si soluisset. M. Crasus: hoc Lucullus: hoc mu-

Li alij romani locupletissimi uiri: pot
 hoc ut etiam de p̄tibus is quem pau-
 lo ante nominavi. Cosm^{us} medicus. pot
 victalianus Borromeus: possunt et
 alij multi diuitijs celebres uiri. Itaque
 qd̄ ad hanc partem attinet. n̄. mihi
 uideris dixisse. qd̄ a priuatis seruicū
 sit. Quod dicis nichil audiri ab illis
 quod eis molestum sit / omnes ad eorū
 uolūtatem loqui ac tacere. Vide q̄tum
 ego ab opinione tua discrepem: Id
 enim quod tu illis commodo esse diuis:
 ego incommodo esse arbitror. Adulato-
 rum enim blandicijs inducti: sepe in
 maxima mala prolabuntur / quibus
 affecti cognoscunt non felicitatem sed
 calamitatem in assentatione esse repo-
 sitam. Delectarent uero ee laudē si

illas a sincero hominuro de se iudicio
manare intelligerent. Sed cum ob
iute turpitudinem ob ignauiam ob
crudelitatem eiusmodi laudibus sese
indignos sciant nulla est delectatio q̄
illorum animos capere possit: iuuaret
etiam sermones et silentia subditorum
si illa a quadam libera voluntate pro
ficiſſi crederent. Sed cum ea a quoda
de se metu procedere non ignorent
p̄p̄ea hec nullam uoluptatem afferre
possunt et idcirco uitam beatam p̄s
tare nequeunt. Quod illos requiesca
occurri ac somnos ducere pro eorum
arbitrio afferis et hoc quoque breuibz
uerbis falsum esse conuicam. Ego ḡd̄
Lamola non solum puto hec illis equa
lia cum p̄uatis non esse sed potius a

priuatis eos longe superari. Quo enim
 grauioribus negocijs curis que homines
 intenti sunt. eo difficilius hec corporis
 commoda consequuntur. sed cū Regibus
 grauiores cure q̄ priuatis incumbāt:
 propterea illos hisce rebus magis care
 re q̄ priuatos uerisimile est. Hinc de
 Enea Virgilius. curasq; ingentibus eger
 Spem uultu simulat p̄mit altum cor
 de dolorem. et alibi. Ip̄e uno graditur
 comitatus achate. Achates enim in eo
 loco cura est. que nunq̄ se cedit. a.
 Regibus. sepius enim euenit ut mini
 stris quiescentibus ipi quiescere non
 possunt. quod ex eo ostenditur. At prius
 Eneas per noctem plurima voluens:
 Aliis enim somno et quieti indulgeti
 bus. solus eneus pro comitū salute

auglabat: si bellum committant solliciti sunt
de regno et statu suo ne eo orbati in mise-
rias incidant. Si pacem timent et ciues
suos ne quid aduersus se moliantur no-
ui: ne veneno: uel ferro petiti opprimat.
Timent et domesticos quod est grauius.
Quo enim angore: quo metu existimas di-
onysium priorem affici solitum: q̄ cum
tonsoni non crederet ignito carbone ut
ci meminit urebat capillum. Qua
solicitudine Alexandrum phereum q̄
timore uitam egisse arbitratis: qui
uxoris thalamu nisi premissis inqui-
sitoribus ingredi non audebat: dices
fortasse his merito timendu fuisse.
quoniam improbi fuerint: bonis &
et iustis Regibus nihil tale metuend-
um esse. Cur igitur Tar p̄scus cur

14
ser Tullius Reges plane boni atque equi
interfecti sunt. Non igitur imerito
in uenale dictum est. Ad generum ce-
reris sine cede et uulnere pauci disce-
dunt reges et sicca morte tyranni qd
illa perpetua anxietas augendi impe-
rii q̄ grauis est comel. Putas ne illū
animo posse consistere. qui semp̄ secum
cogitet quomodo possit acceptum a pa-
tre regnum augere. Plura alia et varia
icōmoda que Regibus et tyrannis ob-
ueniunt memorare possem nisi ea sci-
rem diligentissime numerata esse a
xenophonte in eo libello qui de uita
tyrannica inscriptus ab Aretino nro uirō
eloquentissimo latinus est factus. que
te uidisse et legisse scio. Habes quod
ad hanc partem attinet ut imhi qd̄

uidetur satis. **LAM** Ego uero satis. cum
enim cogito quibus in laboribus/ango-
ribus: et periculis Principium uita ue-
rsetur: non possum non confiteri illoꝝ
uitam non beatam esse. Sed quid de
magno: et potente ciue dixeris: Nega-
bis illum beatum esse: cuius sit summa
in re pu^{ca} dignitas: quem tota ciuitas mi-
retur: quem obseruet: cui cedit: cui ob-
sequi studeat: qui vel in foro regnet: vel
in curia. **QVA** Ego uero nego: Namq; ut
omittam per quos sudores: atq; discrim-
ina amplitudo ista comparetur: qua
illos solitudine affici arbitraris: ne pa-
rta dignitate (uel inimicorū inuidia:
uel fortune malignitate: uel sinistro
quopiam fato) priuentur: ac ne summo
dignitatis gradu in infimum excussi

ruant. Nec uero principes solum. et re-
 ges quibus boni. et potentes ciues (ut
 plurimum) suspecti sunt. Sed nec ciuit-
 as quoque libera magnam ciuem eqs
 oculis potest aspicere. Quis illum ppter
 egregia in patria beneficia fortuna q̄
 amplissima dignum putet. Hec autē
 non minus exemplis. q̄ rationibus cō-
 probari possunt. Quis enim p̄rantior
 Romę fuit tempestate sua q̄. f. camil-
 lus. Is tamen aliquō ut scis optimatū
 inuidia. et conspiratione exul est fac-
 tus. Quis Africano maiore. Quis mi-
 nore potentior. Horum tamen sup-
 ior apud linternum exulauit. Alter
 suorum manu ut quidam putauē-
 runt enectus. mane inuentus est
 mortuus. Quis mario maior. Hic

tamen a Sylla fugatus in viturnate
paludes: et alia multa graua atq;
horrenda pertulit. Quis rursum
Silla florentior. Is tamen a Mario
inuicem laceffitus multa detrimē
ta: et clades accepit. Quis gracchis
fortunatior: si tamen patrum consilio
et manu interfecti sunt. Quis po
peio illustrior: is tamen postea a ce
sare exagitatus: et urbe atq; omni Ita
lia expulsus, ab ingratisimo ac nep
hario Rege: non solum opibus, sed
etiam uita p. sumum scelus p. uatus
est. Quis Iulio cesare sublimior:
hic tamen in curia auctore Bruto cui
delissime peremptus est. que oia
cum saturo nostro nota essent: p. p. p.
inquit o. und Crassos: quid pope

ius evertit: et illum ad sua qui do-
 mitos deduxit flagra quirites. Sū-
 mus nempe locus nulla non arte pe-
 titus. Magna q̄ nimirum uota ex-
 audita malignis. Cum igitur tot
 mala amplitudini impendeat et
 alia infinita que ne sum longior sup-
 sedi. Dices in amplitudine felicitate
 eē. **LAM** Non audeo ista refollere
 ita me exemplis coegisti: ut tecum
 sentiam. Licet multi fortasse nomi-
 nari possent: quibus ista dignitas
 sine periculo extitit: sed placet au-
 dire quid de iis sentias. qui p̄ncip-
 um aulas sequuntur: qui vulgo
 iudicantur omnium mortalium bea-
 tissimi. **GVA** Recte facere te existi-
 mo lamola qui is que dixi non

contandicas. illa enim et alijs multis
argumentis possem uera esse deffe-
dere. Sed qñ et de aulicis scire uis
de hac quoq; re paucis explicabo
qd sentiam. Ego quidem de ea ut
de uita amara et permolesta setio.
Est enim p̄mum omnium inuidio-
sus proposita. Hec est ferme qsq;
adeo felix qui hanc seuisissima pe-
stem uitare queat. Quo enim qd
melior / innocentiior / iustior: eo mag-
is improborum hominum calumnia-
ris: et detractionibus patet. Nam
si quis est qui uel prudentia uel
virtute aliqua apud principē ua-
leat: in illum tanq; in cōmuniem
hostem / ceteri ut euertant machi-
nas omni arte intendūt. Est n.

17.
aulatum consecatur inuidia. Non
cibus: non potus: non somnus: Non
deniq; requies ulla secure capi pot.
et que ori suauissima: alioquin fo-
rent: pp continuam sollicitudinem:
et laborem fiunt amarissima. qui
ecquid ad alienum appetitum epulā
sedere cum nolis: non posse cum velis:
ad alienum somnū dormire: ad ali-
enium nutum loqui: tacere: stare
sedere: ambulare: equo: uel pedibus
iter facere: necesse est. huic boum
gñi. quid molestie: quid miserie
pre se ferre dixerim. Quid q̄ grauē
descensus sunt: q̄ uarie calamitat-
es: q̄ uariū q̄ tetri casus. Unus est
nobis satis exempli hac in re. Aclius
scianus quo maior: aut potentior

nemo apud uictoriam Cæsarem diu fu-
it. Hic cum in tantas opes euectus e-
ret ut uel solus post Cæsarem regnare in-
deretur. Ad postremum siue inuid-
ia. siue alia quacumque causa in tanta
principis iram incidit: ut non solum
dignitate: sed etiam uita priuatus sit.
de quo idem Sallustius. Deinde ex facie
toto orbe secunda fuerunt ut ceeli pel-
ues: Sarrago patelle et idem. Seran-
us ducitur unco spectandus. Ac lu-
binde Ergo quid optandum foret
ignorasse fatearis Seranum. Nam
qui nimios optabat honores et in-
ias poscebat opes: numerosa parabat
excelsæ turris tabulata. Unde altior
esset casus: et impulsæ princeps in-
mane ruine. Quibus ex rebus pspici

um est. Nec des qd qui aulis se inge-
 runt beatos esse. **LA.** Libens te audio
 his de rebus. Quam disputantem fit n-
 ut que ego ipse tacita cogitatione uol-
 uens; michi satis psuadere non pote-
 ram; te audito non modo rephende-
 non audeam sed certe ut uera esse
 non ambigam **GVA.** facile patior.
Lamola te mecum iocari ut soles; q
 quid fortasse multa habeas; que possis
 opponere. tamen argumenta mea
 refutare non aude inquit; quod te
 magis facere credo ut alijs de rebus
 disseramus qd non habeas contra
 ista quid dicas. **LA.** Non est ita.
Quar. ut confidam contra sententiam
 tuam posse pugnare. Sed qd arbit-
 raris me cupere alijs de rebus ad

hanc materiam p̄tinentibus a te
disputari. mediullidius diuinasti. Na
ut neque in primo neq; in secundo actu
deserenda est fabla: sic cum ^{de} uita beata
disputare ceperimus: non est ea a nobis
relinquenda: donec ubi nam sit et cuius
modi sit reperimus. **GA.** ^u q; res ista
difficilis est cognitu. ego tamen dispu
tando non defatigabor: precipue cum
tu is sis qui ubi quid minus belle dix
ero reprehensurus non sis. Itaq; perge
queso. et pro more tuo exquire quid
velis. **LA.** Cum multos iudeam uiros
sumo loco natos militiam proficisci. Id
circo Guatine crediderim rem militare
hominem Beatum p̄stare posse. Nec te
latet duo esse precipua quibus ad summa
dignitatem: ac rerum statum pueniri

possit: litteratum scilicet: ac rei militaris
 scientiam. Atq; illud contenderim q; pla
 ne manifestum est: plures infime sortis
 homines militia q; doctrina claruisse. Hinc
 enim multa commoda milites: primum
 omnium non solum priuatis: sed et dominis:
 ac Regibus pro uoluntate utuntur: quod
 uolunt poscunt: et quod poscunt impe
 trant. In urbium expugnationibus: si qd
 est pulchri: id iure belli in rem suam con
 uertunt: militando vident uarias regi
 ones: uarios agros: uarios hominum: et
 populorum mores: quo quidem nihil pot
 esse locundius. Illis preterea licet de reb.
 militie partis: testamentum condere: uiuis
 patribus: et quos uelint sibi heredes insti
 tuere: quod aliis filius familias communi
 Lege non licet. Quibus rebus qd beatus

esse statuerimus. **QVA**. Magna te aio
esse ostendit oratio tua: qui arma ad
eo extollis. Sed quis ita dicas: te tn
aliter sentire existimo. Verum ut et
hanc ptem breuiter absoluamus: ha
ud longioribus inorabor. Non so
lum q. inficial eam lamola in re
militari plurimum comodi. et orna
menti ice. Sed si incomoda cum
comodis compaueris: tum agnosces
q. procul a beatitudine eiuscemo
uita remota sit. Nam quid uita
illa durius: quid grauius: quid
deniq. intolerabilius. Quis nume
rare queat pericula. erunas. et quotid
ianos belli casus. Nonne uidet militati
continue in castris inuicere captiuitate.
direptionem. vincula. fugam. mortem.

Non cibum non potum non somnum:
non requiem exigente natura a se capi
posse. non noctu. non interdum ullam
sibi quietis certam horam dari. de hos-
tium insidijs. usque suspenso. atq; solici-
to. Annone et reliquiarum frugū inopia
persepe adeo laborare. Ut non modo non
ad voluptatem. sed ne ad necessitatem qđ
illi res suppetant. Intentorij. et plerūq;
subduo uitam agentem. nunc frigore
confici. nunc solis ardore torreti. vulne-
ribus affectum chirurgicum. & remedia
ad curandum uulnus interdum hīc
non posse. Quid alia commemore miser-
rima. que in huiusmodi vita contingit.
Que omnia si michi sint lingue centum
sint oraq; centum explicare nullo modo
possim. Quod uero periculosum sit hoc uita

genus testimonio nobis sunt ne semp.
de scipionibus et marcellis loquar. Bra-
cius Sforcias. Carmagnola. ut reliquos
taceam. qui memoria nra fede perier-
unt. Sed uereor Lamola plura de hac re
dicere pnte Antonio qui cum huiusm-
odi uitam sit expertus sub diuo Alph-
bonso omnium etatis nre Rege celeberr-
imo a quo ornatus. et excultus diligit-
ur primis. posset illud i me no iuria
dicere. qd hannibalem illum magnu.
et singularem uirum de phormione
pbo dixisse ferunt. qui cum de re imi-
tari ut scis pnte hanibale disputare au-
sus esset. Ait hannibal. cum ab eo que-
situm esset. quid sibi de phormione
oratione uideretur. neminem sibi uq
magis delirum uisum esse q phormione.

21.
LA. Nihil est profecto terminus ue-
rendum. Quare: q̄ ne delirus: uel ineptus
esse uideare: cum sit nemo his temporib⁹
quem ego minus ineptum putem. Sed
si in ceteris partibus de quibus hactenus
disputatum est: non contradixi tibi:
neq; facilem prebui. In hac difficile
est tibi tam leuiter assentiri. Ego enī
uitę beatitudinem uel hac potissimū
arte: & exercitatione militari adipisci
hominem posse crediderim. Per hęc
enim maxime gloria parit̄ q̄ q̄dem
nichil est mortalibus optabilius. Vid-
etur enim res ut ait Satyrus huma-
nis bonus maior atq; amplior et diui-
na magis q̄ humana. Hęc enī hōiez
et remotissimis gentibus: ac populis
quos nūq̄ uiderit notū: et celebre

reddit. Hec hominem ornat. excolit. illu-
strat. Hec homini gratiam bonorum co-
ciliat. si iusticia. fide. liberalitate. et
ceteris bonis artibus ac virtutibus com-
paretur. Hec dignitatem. Hec ampli-
tudinem affert. huius gratia. magna
tuis. ac sumos honoris gradus conse-
quimur. et quod ego omnium opta-
tissimum iudico per hanc immortales
efficimur. Nec enim mortuos dicam
Scipionem. et hanibalem. fabium et
prrimum. Cesarem. et Alexandrum
quod diu nominabuntur. Sed viuere po-
tius. et eam quidem uitam. quam maxime
optanda est. Quippe que nulli a plius
periculo. nulli inuidie subiecta. nulli
de magis labori mancipata sit. Inuenti
uero sunt multi qui hanc ipsam gloria

tanta fecerint: ut illam quocumq; discrimi-
 ne. atq; etiam voluntaria morte parari
 non dubitauerint: in quo quidem gene-
 decios: Auum: patrem: ac nepotem pri-
 cipes dixerim: Nec minus Leonidam
 Spartanum. de quo illud extat eulo-
 gium. Dic hospes sparthe nos te hic ui-
 disse facentes: dum sanctis patrie legib;
 obsequimur. Quod hos mouit patrie cari-
 tas: tamen existimandum est spem glo-
 rie et nominis sempiterni non minus:
 q; patrie caritatem eos ad subeundam
 mortem tam audacter impulisse: demum
 quid potest esse homini in vita iocundi-
 confer cum hac omnes reliquas uolup-
 tates que uel animo possint. uel corpori
 contingere: omnes tibi pre gloria pfecto
 inuane: ac frivole uidebuntur. Quare

cum ita sint. quid est q̄ hanc gloriam
abnuas felicitatem afferre posse? **QVA**
Est profecto difficile dissuadere hoc
uulgo: cuius quidem fert opinio nihil
esse in rebus humanis. hoc uno p̄stanti.
Sed cum apud te loquar id ē apud
viriū p̄hic studiosum vnde omnis
oratio bene uiuendi manat: puto fore
vt sine magno negotio ab ista opinione
si ita existimas te amoueam. **LAM** facile
credo tibi. **QVA** fore pro tua suma eru
ditione: atq; ingenio in sententia tuam
me inducere: Sed ne te longuis inter
pellem. si uam te p̄sequi orationē tuam
vt videam quid afferas contra ea que
dixi. **QVA** Non minus me profecto dele
ctat. facilitas tua lamola: q̄ hęc nra
disputatio: et si est ea michi iocundissia.

Nec est materia scire ulla de qua libe-
 tius differam. Sed ne te plusculum mo-
 rer p̄gam ut cepti. Non inficiabor egedē
 gloriam (ut dixi) illustrare. et celebrare
 homines. eorumq; amplificare dignitatē.
 Multosq; etiam infimi generis per hac
 ornatos atq; auctos fuisse. Sed num ista
 amplificatio dignitatis. atq; celebritas
 nominis. hominem presentibus contentū
 ualet efficere. ut meliorem. ut sublimi-
 orem statum non desideret. et si hoc
 potest. confitebor. sin minus quid est
 q̄ haec beatitudine contineri dixerim.
 Cum beatus esse aut appellari (ut iam
 ante diffinitū est) nemo possit. nisi qui
 nulla omnino re careere se sentiat. Sed
 num existimabis uel scipionem cum
 apud linternum. uel hānibalem cum

apud prusiam bithinæ Regem exula-
bat. vel fabium cum a minatio magno
equitum uexebatur. vel prerhum cū
prelio uictus in greciam fugit. vel et
anteq̄ in hosce graues casus inciderint
fuisse contentos: nichil profecto minus.
Nam et maiora semp̄ animo agitabat:
et in secundis rebus: atq; successibus:
fortune impetus formidabant. quibus
duobus affectus animus nec noctu. nec
per diem possit conquiescere. Preterea no-
minis illa diffusio: quam tu magnam
atq; optabilem rem iudicas. q̄ breuis ē
q̄q; angusta. Ex hoc orbe terrarum qui
ad celi ambitum instar puncti obtinet
a mathematicis dicitur: quotam ptem
opinaris esse: in qua eorum nominis
fama peruenerit. Sed fac peruenerit

in omnis terras atq; in omnes gentes.
 quid ad te. Num quid ob eam causam
 dolores. solitudines. molestias. damna.
 morbos propulsarunt. Si nominis pro-
 pagatio tollere hec mala potuit. illos
 beatos fuisse iudico. Sed eorum ua-
 rii casus in uita docent. hec mala p-
 famam q̄taciūq; sit auferrī. vel uita-
 ri non posse. Hec in uita. Quid p̄
 mortem. quoniam immortalitatem ex
 hac ip̄a gloria oriri dixisti. Quid nūc
 ad Alexandrum pertinere putas cele-
 bratum omnibus terris. et gentibus
 nomen. Quid ad Cæsarem. Quid ad
 Marcellum. qui magnitudine nois
 et glorie orbem terrarum ab ortu solis
 ad occasum compleuerunt. Quid iocū-
 ditatis capere aut sentire illos putas.

quod nomen eorum omnibus in ore sit
quod ab eis tamq̄ magnanimis: et p̄sta-
tissimis Regibus atq; imperatoribus
capiatur exemplum? Nam si apud iuse-
ros sunt: quod talibus uiris accidisse
dolendum est: quidnam sensus rerū
talium eis relictum putas: ubi alia atq;
alia habent que curent? Sed q̄ graues
casus apportent ista gloria & haniba-
lis ipius interitus argumento est de
quo Satyrus. finem anime que res
Romanas miscuit olim. Non gladij
non saxa dabunt non tela: sed ille
Cannarum uindex et tanti sangui-
nis ultor. Anulus est xerxes de q̄
idem. Sed qualis rediit nempe una
naue truentis. Fluctibus et tarda
p̄ densa cadauera prora. Has toties

optata exegit gloria penas. Testes q̄
 sunt. Darius. Cyrus. mythridates. Lu-
 guria. qui omnes (ne quid de gloria
 amitterent) uitam amiserunt. Quod si
 nec perpetua. nec constans est gloria:
 nec de vno eadem semper: nec curis.
 nec laboribus. nec egritudinibus uacat.
 liquere puto in illa felicitatem (quā
 querimus) inesse non posse. Quod
 uero ad hanc ptem attinet. satis mu-
 lta michi dixisse uideor. nisi quid
 contradicis. **LAM** Malo Quarta sente-
 tia mea recedere. quod tu futurū eē
 predixisti. q̄ aduersari tibi. tam et
 si mihi argumēta ī contrariam pte
 non desint. ne hoc loco longiores si-
 mus q̄ p̄posite disputationis ratio
 postulet. Sunt enim alia nodum

a me commemorata quibus fortasse
censebis beatam vitam effici posse que
nisi molestum est persequar. **GVAT** u^o
uelim persequare. Te enim (ut paucis
eloquar) audiam libens: placet enim mihi
de hac re mirum in modum disputar:
donec que nam ea sit: et quibus artibus
comparetur didicerimus. **LA.** Perga
igitur postquam te haud grauari uideo.
fuerit multi: et item sunt qui putet
eam vitam felicitate precellere: que in
agro ducitur: Presertim si ex posses-
sionibus suis eos fructus homo percipiat
ex quibus possit honeste ac libera-
liter uiuere. Habet enim agricultura
multa que delectent: et prosint.
Neque enim solum fructus qui ex
terra colligitur oblectat: sed etiam

uis terre uehementius. Quid enim
dulcius q̄ uidere ip̄is prope oculis cre-
scentes sensim in agro fruges. et semp
nouū quippiam gignentem terram:

Quid uoluptuosius q̄ aspicere arentes
p̄us i berno rigore arbores subuernū
tempus reuiescere. ac paulatim cū
frondibus baccas emittere. Vites orna-
ri pampanis. floribus patra uestiri:

Quid siluis ac nemoribus ad declinā-
dum solis ardorem ameniū. tum
ad uenationes atq; aucupia delecta-
bilius. quid deniq; mirabilius consi-
tutionibus. insitionibusq; que quidē
a magno ingenio solertiq; inuenta sūt:

Quid autem de fructu loquat. qui qdē
ex ip̄a terra non absq; magno fenore
p̄cipitur. ut non modo necessarios. sed

etiam liberales sumptus suppeditet?
Qui huiusmodi uitam agunt. hos fortunatos poetarum princeps appellat. hoc pacto inquiring. O fortunatos nimium sua si bona norint. Agricolas. quibus ipsa procul discordibus armis. fundit humo facilem uictum iustissima tellus. Si non ingentem foribus domus alta superbis. Mane salutantum totis uomit edibus undam. Nec uarios inhyant p̄lchra testudine postes. Illulasq; auro uestes epyrtheaq; era. Albarum assyrio fuscatur lana colore. Nec casia liquidi corrumpitur usus oliui. At secura quies. et nescia falere uita. diues opum variarum. et latis ocia fundis. S pelunice. niuq; lacus et frigida tempe. M ugitusq; bouum. mollesq; sub arbor somni.

Non absunt illis salus et iustia feraci.
 & patiens operum: paruoq; assucta luict?
 S ac demum sanctiq; patres extrema p illos.
 Iusticia excedens: terris uestigia fecit.
 Hanc olim ueteres uitam coluere sabin
 Hanc remus & frater sic fortis et^{ra} creuit.
 S alicet & rerum facta est pulcherima roma.
 S epteq; una sibi muro circumdedit arces.
 Habes plane ex huius maronis uersibus q
 utilitas. queue delectatio ex agricultura
 capiatur. In huiusmodi uita senectute
 suam consumpsisse fertur M. curius.
 p triumphos de samnitibus de sabinis.
 de pyrro partos. In hac etiam Quicuis
 circinnatus. & illius seculi senatores
 pene omnes extremam etatem egisse
 perhibetur. A uilla inquit. ci i catore
 suo accersabantur in senatum. et curi^o

et ceteri senes . ex quo illos qui accerserunt
uatores nominati sunt . Cquidē Guar .
si ad hoc uite genus probitas . equitas .
fides : et continentia accesserint . hanc
uel solam beatam uitam audebo dicere .

QVA . Atq. Lamda et omnibus uite
generibus que adhuc commemorasti
nullam uitam ec̄ arbitror . que ad feli-
citem hanc . quam querimus propius
accedat . In ea enim mēst summa aī delec-
tatio & a laboribus requies non medio-
cre uite condimentū . In hac qđ ad uictū
cultumq; corporis attinet . omniū rerū
copia . Sed ut ait cato . in hac nec nihil
nec omnino sunt omnia . Necq; em̄ est
eiuscemodi . neq; certe eam um̄ habet
rusticana uita : qđadmodum de opibz
& gloria asseueravi . ut molestis . ut

laboribus: ut damnis: ut periculis: ut
 emulatione: ut iniuria liberare hominem
 possit: ita ut nunquam doleat: nunquam angatur:
 nunquam perturbetur. In tantis bonis: et
 uoluptatibus eorum de quibus modo
 mentionem fecisti: quot infortunia quot
 Calamitates: quot sollicitudines interue-
 nisse putas: quibus uexati atque affecti
 nullam in rebus humanis felicitatem
 esse cognouerunt. Nam ut alia taceam
 incommoda: qua putas molestia agricolam
 affici: cum spem animum & expectatas ad
 maturitatem fruges: uel grandine uel
 nebula: uel siccitate amiserit: uel si
 eris aliam causa ab opere in urbem dis-
 tractus fuit: Itaque hanc uitam tutio-
 rem esse te dicere patiar: beatam uero
 nullomodo. **LA.** Non audeo multum

refragari opinioni tue. precipue hac in
pte. ubi de uoluptate fit mentio. Ne
tu me ex epicuri schola unum putas.
cuius ego opinionem. et sectam. semper
improbavi atq; despexi. Neque enim
dignam unq; semp duxi. prestanti aio
et liberali ingenio uoluptatem. q; quo
maior est. ac diuturnior. omnes animi
iures opprimit. **GVAR.** Recte tu qdē
et uere. semper enim aspernandos et
fugiendos existimaui qui hanc uolup
tatem. uel summū in uita bonū esse.
uel felicitatem homini conferre posse
defendunt. quod uero in agris uita
beata reperiri non possit. satis michi
uideor. nisi quid aliud requireres.
LAMO. Ego uero requiro. et a te aliud
uolo. nisi grauari. sed non ut contra

dicam ut que dixisti: nec prius hanc
 disputationem desiram. q̄ intelligatur
 quibus artibus hec felicitas acquiri pos-
 sit. **GVA** Perbenigne: et more tuo facis
 qui nuq̄ contra ueritatem pertinaciter
 contendis: Vbi enim agnoscis suscepta
 ate questionem ratione defendi non
 posse: das manus: atque arma aduer-
 sario remittis: nec nimis acriter impu-
 gnare ueritatem sustines. **LA** Ego ne
 utaquam uiri boni officium puto cot̄
 ueritatem multa differere. Quid enī
 indignius esse potest: quid impudē-
 tius: q̄ contra id quod honestum. &
 uerum scias: etiam si abundes argumē-
 tis: uerbosius contendere: quando q̄dam
 ab ingenij: et doctrine ostentatione q̄dā
 proficisci uideatur! In quo quidem

genere multos reperies plures etiam
uidere licet: qui et si errare se sciunt:
tamen perucacia quadam inducti:
opinionel suas obstinate defendunt:
quos etiam longe magis reprehendos
putarim. q̄ eos qui scienter: docti tñ
et eruditi contra ueritatem pugnant:
vt aduersariorum argumeta p̄spiciat:
nisi forte id agunt: quo melius qd
uei in vna q̄cuq; re sit dignoscatur.
Itaq; Guar. si in sententiam presertim
quam ueram existimem uenio non
repugnanter id fit ne tu me ingenio
vel scientia nimium confidere arbitre-
ris: aut intuencla sententia ptinacē
putes: q̄ presertim contra te preceptore
meum iniquum puto. Sed his omi-
sis ad reliqua pergamus: nisi forte

20
in crastinum diem disputationis reli-
quum differri maus. **QVA** Licet
libenter recitarem animum assiduo
legendi labore defessum: tamen quoniam
non minorem quam tu ex huiusmodi
disputatione uoluptatem capio prope
perfici quod ceptum est hodie quam
crastinum extrahi propterea. **LAM** Per-
placet et id est profecto multo iocundi-
us. Dic igitur Guar. Num sacerdo-
tum vitam negabis beatam esse: qua
quidem ut fert communis opinio:
nulla beator esse potest. In hoc enim
genere uite ea omnia inesse censeantur
que ad felicitatem pertineant. Hec est
ea per quam possis ad summam omnium
dignitatem ad summas opes atque diuitias
euehi. Potes enim fieri pontifex

maximam que quidem dignitas aucto-
ritate honore potestate omnibus huma-
nis dignitatibus antecellit. Est enim
in terris par christo deo nostro cuius
ipse vicarius est quo quod maius aut
sublimius optari potest. Maior est
perfecto atque amplior quam Regum pote-
stas. Regibus enim in corpore tantummodo
huic uero etiam in animas licet aduer-
tere. Habent isti lauti sacerdotes & pi-
leati affatim omnia que suppeditentur
ad uictum & ad cultum corporis: nec
ad necessitatem modo sed etiam usque
ad sumas et exquisitissimas uite deliti-
as ministros splendidos equos egregios
mulas insignes frenis aureis. vasa arge-
tea preciosam suppellectilem purpu-
reas uestes: quibus non modo se ipos

exornant: sed etiam equos insternunt.
 Quid plura. Habent omnia que uotis
 et precibus a superis peti possint. Hec
 cum ita sint cur hos beatos esse ab-
 uotis: **CVAR** Si ita ut dicis lamola sen-
 tiret. quod ego non puto: magno te error
 teneri dicerem & non difficulter fortal-
 se conuincerem: sed facile patior te
 iocari mecum: Nam ut ad rem ueniam.
 quot quibusue curis sacerdotes affici
 opinaris: non solum augende dignitatis
 causa: sed etiam amisse liberius uiuē-
 di licentię: cum nec uxoris capiunde
 potestas sit: nec ex se genitis manifesto
 gaudere: nec sibi legitimos heredes
 parare: qui partim fruantur bonis: cuius
 illa que tanta cura & studio congesserunt
 aliis relinquenda esse recordantur: o-

mitto q̄ta pecunie cupiditate teneantur.
q̄q̄ in ea conquirenda diligentes sint.
Ex qua una re satis iudicari potest il-
los p̄ti rerum statu non esse contentos.
quonia alia super alia desiderent. Qua
pp̄ recte concludi iudicio meo potest.
nec in hoc quoq̄ genere uite felicitate
posse consistere. quoniam felicitas ab
ambitione. anxietate. atq̄ auaritia seu-
eta sit. **LAM** facile adducor Guar. ut tibi
assentiar in istis curs. & cupiditatibus
beatam uitam esse non posse. & sane cū
cogito que de illi modi uita dixisti te
nichil mentitum. Intellego. Sed q̄n̄ in
uite generibus. de quibus hactenus dis-
serimus beatitudinem esse negatis.
Credo me reperisse aliud. uite institutu.
quod tu ipse probes. quo ue felicitatem.

esse non neges qđ michi eo facilius psuali
 fore quoniam tu id ipsum uite genus ex
 omnibus delegisti quod non puto perse-
 cutus esses nisi te per id beatum putal-
 ses fore **GVA** Et quod nam illud esse
 dices lamola : studium ne bonarum artiu
 atq; doctrine : **LAM** Id ipm **GVA** Qua
 ratione isthuc : **LAM** Quoniam bonarum
 artium litterarumq; scientia multa in se
 habet que hominem iis deditum beati
 reddere posse uideantur. Nam ut omissis
 gramatice studis a rhetoricis incipiam q
 ars tua est et in qua etatis nostre cosesu
 omnium principatum obtinet. Est ipsa
 quidem siue rhetorica siue oratoria fa-
 cultas omni suauitate atq; utilitate cum
 ulata. Quid enim illa p̄stabilius ut ait
 eloquentie pater Cicero uel admiratioe

audientium uel spe indigentium uel eorum qui defensi sunt gratia. Que uoluptas cum eleganti & copiosa oratione conferri potest. Quod delectat illa rconditor uerborum uis cognita. Quod delectat recti ad causam de qua agitur accommodata inuentio. Quod delectat compositio elegantia & dignitas orationis quam elocutionem appellamus. Quod delectat inuetarum rerum thesaurus et fidissima custos memoria. Quod denique delectat moderata punitatio. quod uero fructuosius aptus uel ad hominum gratiam ad opes & amplitudinem comparandam. Hoc enim beneficio qui uel fame uel capitis periculo liberantur eos non modo sibi asciscit orator atque conciliat. uerum etiam adiutores efficit & amplificatores dignitatis

sue: atque in quacūq; causa fautores. Erat
 hec facultas olim conuicta cum iuris cuius
 las scientia: cui quidem semper in omni
 bene morata ciuitate: vt ait. ci. principat⁶.
 est datus. Nec in merito. Per hanc enim
 res publice augentur: atq; conseruantur.
 & id circo huius scientie fructum ab ora-
 torie vtilitate non diuidam: et que de
 dictione dicta sunt: eadem & de legibus
 dicta erunt. Quid uero dulcius: qd
 ue humano generi conducibilius: qd cla-
 rorum hominū id qd est oratoris p̄p̄um
 res gestas unde ad beneuiuendū ad sub-
 eūda pro patria pericula honestissimū
 exemplum sumi potest: litteris mandar:
 atq; omnibus posteris omniq; euo cōseq-
 uenti: notas reddere. Omitto iam orato-
 riam. Quid ipsa philosophorū studia

q̄ plena fructu: et delectatione sunt: Hec
emm̄ philosophia dux uitę est: ut inquit.
Ci. indagatrix: expultrixq; uitiorum. Hec
inq̄ illa est que docet: quid in uita faciē-
dum: quid fugiendum sit. Hec que sūt
prudentię. fortitudinis: iustitię. ac mode-
rationis officia explicat. Hec e/ duobus
honestis. vtrum honestius. et probabilius
sit exponit. Hec quid utile in uita. &
quibus artibus hanc utilitatem adipsi
possimus. & simul duobus propositis uti-
libus. utrum sequendum sit explanat.
Hec si qua contentio utilis. & honesti ee
videatur. vtram rem aggredi debeamus
decernit. Hec est inq̄ illa ars. que vrbes
peperit: que dissipatos: et uagos. ritu se-
rarum homines. ad uitę societatem couo-
cauit. hec homines inter se primo do-

micilis: deinde conuibus et affinitati
 bus conuixit: Hec eadem Leges inuenit:
 hec rerum publicatum sanctissima isti-
 tuta condidit: hec magna moru et
 cuiusq; bone discipline extitit. Hec
 deniq; animi morbis medetur. languores
 sanat: dolores expellit. Solitudines
 leuat: molestias tollit. et qd omnium
 p̄mum iudico docet fortunam euicere.
 Alterius vero partis philosophie que est
 de rerum natura q̄nta est bone deus in
 disputando suauius: q̄nta in tradendo
 utilitas. ex ea nancq; principia rerum
 causasq; cognoscimus. Ex ea quid sit aia
 utrum creata a deo an eterna sit: utrum
 mundus perpetuo fuit an a deo factus.
Vtrum elementa corumpat: an maneat.
Vtrum humana corpora de elementis p̄tia

pent: quot et que elementa sint. Vtrum
stella maior: sit q̄ terra. Vtrum sol maior
sit stella. Vtrum a cent^o mundi ad omnes
circūferentias linee ducte equales sint.
Ex hac etiam uentorum: imbrum: grandium:
fulgurum: turbinumq; cause digno
sciuntur: et ex quibus ista generentur.
Ex hac datur intelligi astorum ratione
quam Astronomiam dicimus. Ex hac line
mercurii: ueneris: solis: martis: Iouis &
Saturni cursus: nec rectos: nec obliquos
licet ediscere: quot diebus Luna: quot
mensibus planete orbis suos cursusq;
conficiant: & ut virgilii uerbis utar.
Hec cauit errantem lunam: solisq; labores
Arcturum plyadasq; hyadas: geminosq;
triones: Quid tm̄ oceano properent
se tingere soles hiberni: uel que tardis

mora noctibus obstat. Eiusdem philoso-
 phie beneficio deum agnoscimus: et mu-
 dum absq; auctore et rectore non esse.
 non consistere posse comprehendimus. Cete-
 rosq; supernos spiritus: et cetera q̄ celi
 ambitu continentur agnoscimus. Eiusde
 artibus morborum & egritudinu causas
 percipimus. Eiusdem artibus ac remedijs
 egroti curantur: & in p̄stinam valetudine
 reduciuntur. Quarum rerum omnium
 cognitione: & intelligentia quid excogi-
 tari potest beatius: quoue magis alat: &
 vegetetur aius? Hosce phos simato noster
 felices statuit qui ait: felix qui potuit
 rerum cognoscere causas. Atq; metus oes:
 & inexorabile fatum. subiecit pedibus: Ne-
 pitumq; Acherontis auari. et nos. Quar-
 cur non beatos ducemus? Nec musicam

tacitus p̄teribo. quia quid potest esse ad
recreandos ab opere ac reficiendos aīos
a commodatus. quid auribus lenius.
Quid suauius. vt omittam q̄ta insit delecta
tio in ip̄a cantus ratione. in uocis molli
tine. ac firmitate. in cythare. & ceterorum
Instrumentorum canoīs fidibus. quarum
tantam artem ac rationem Timothē ille
musicus tenuisse dicitur. Vt Alexandrū
cum uellet e conuiuio ad arma compel
leret. Et rursus mutato sono ab armis
ad epulas reuocaret. In ip̄a uero Poesi
vt etiam de studio Antonii rri loquar.
ex quo est summam laudem. & gloriam
consecutus. quam dulcedinem. quod ai
pabulum inesse putas. Audiui sepe ex
eo tantū illum interdum aliquid com
ponentem oblectatione detineri. vt cuius

negociorum oblitus beatissimus sibi ee
 uideretur. nec aliquid haberet cū hac
 suauitate comparandum. Quia igitur
 virgilium: Ouidium: Iuuenalem: hora-
 tium: reliquosq; clarissimos ac p̄stantissi-
 mos poetas uoluptate affectos putas cū
 uoluntati inuentio: inuentioni carmen
 succedabat: **U**ea quidem sententia nul-
 la beatior uita esse potest: Cum itaq;
 in his omnibus que commemorauit
 doctrine generibus tanta insit aiorum
 oblectatio: ut fructum taceam qui ex eis
 uberimus percipitur. Quid nā affecti
 potest. **Q**uar: cur non credam hoc uite
 genus beatum esse. & hominem i horū
 studiorum aliquo versantem posse be-
 atē uiuere: **Q**UAR: **A**udiui te magna
 cum uoluptate lamola in omnia libe-

ralia studia percurrentem: omnisq; artes
ingenuas: earumq; proprietates et laud
es differentem. Ut autem ad rem ueniã
facile tibi concesserim: multam in his
studijs suauitatem ac delectationẽ esse.
Maxime enim hois ingenio natureque
conueniunt. Cuius est proprium sapere
Idcirco etiam cum ociosi sumus aliquid
Legere: & discere expetimus: noticiamq;
rerum reconditarũ ad uitę felicitatem
pertinere putamus. Hoc est illud quod
inquit: Ciceronem in officijs. Ex quatuor autẽ
locis in quos honesti natura uiq; diuis
imus. Primus ille in ueri cognitione co
sistit: maxime naturam contingit hu
manam: Itaque cum sumus necessarijs
negocijs curisq; uacui: tum maxime
auemus aliquid uidere: audire discere

cognitionemq; rerum aut occultarū aut
 mirabilium ad beate uiuendū neciam
 ducimus. Quod autem dicis magnam
 utilitatem ex iisdem studijs percipi. Id
 fortasse contingit quibusdam paucis ut
 si uis etiam Antonio & mihi quibus est
 dei munere vnde uita cum dignitate
 ducatur. sed non idem omnibus doctri-
 ne studiosis. & eruditis hominibus fortas-
 se suppetit. Vides enim multos viros
 ingenio: ac doctrina pstanti rei familiaris
 inopia laborare: iacere humi: negligi
 a locupletibus: a pncipibus contemni.
 Quorum fere nullus est hac nostra
 tempestate qui litteratorum ingenijs
 faueat pter Alphonsū Regem oibus
 ornamentis nature: atq; fortune pditu.
 qui hunc poetam nostrum excepit.

exceptum erept. exceptum ditavit. annuo
salario sibi in omne uite tempus consti-
tuto. et hunc Leonellum marchionem
eiusdem Regis generum non minus
eloquentia. et dicendi suauitate q̄ fortu-
nis. atque opibus illustrem. Nec est tm̄ id solu-
huius seculi iurium. Namq; et Iuue-
nalis nostri temporibus paruo ī p̄cio
bonae artes & discipline erant. Vnde
est illud a se dictum. de poetis. cum
iam celebres notiq; poete. Balneolum
gabis. rome conduce furnos. tentare
nec fedum alij. nec turpe putarent.
Precones fieri. cum desertis agamppel.
Valibus esuriens migrare in atrio chy-
& illud de oratoribus. Spes nulla
vltior didicit iam diues Anarius.
Tantum admirari. tm̄ laudare distos.

vt pueri iunonis auem. & illud de
causidicis. Dic igitur quid causidical
cunha p̄sent officia. et magno comi-
tes in falce libelli. Quod uocis p̄cū
sicus petasunculus. et uas pelamidū
et ueteris astrozum epimema bulbi.

A ut unum tyberi deuectū qnq; lagene.

S i q̄ter egisti. si contigit aureus unū.

I n d̄ cadūt ptes i fcdere p̄gmaticorū.

Et illud de historiographis. Q ue tū
inde seges terre. quis fructus apte.

Q uis dabit historico q̄ntum daret
acta legenti. & illud de rhetoribus. Quis

color. et quid sit cause genus atq; ubi
suma questio. que ueniat diuersa ex

p̄te sagitte. scire uolunt oes. mercedem
soluere nemo. & illud de gramaticis.

Q uis greco encheladi. doctiq; palemonis

affert: quum grammaticus inuenit lab-
or. & reliq. q. ille prudentissime exequ-
utus est. Potest igitur lamola i tantis
angustis positum hoïem quum doctum
& pstantem beatum existimare? Ego
vero non censeo. Sed ut inquit catoni
leuius. sibi fortasse pp. opes. et copias: A
& dignitatem suam tolerabiliore iudei
senectutem id autem multis no posse
contingere: sic qui hisce rebus q. ad uitam
necessarie sunt caruerit. hunc beatum
esse non posse. quonia his contentus
eo reru statu esse non possit. Quis
autem est ex omni mortaliu numero.
qui nuq. re ulla omnino careat qua
adipisci non possit? Quid quod hec
doctrinae. & bonarum artium studia
plerisq. claris viris exitio fuerunt. Et

illos ad postremum talibus rebus op-
 eram induisse fortasse penituerit.
 Et esias Antonii. Ciceronem. Demosthene:
 omnium etatum omnium seculorum om-
 que memorie oratores prestantissimos:
 & item Socratem. Anaxagora. Caliste-
 nem. Renone. summos ac celeberrimos
 philosophos a tyrannis crudelissime
 interemptos esse. Nam de Cicerone
 ac Demosthene hoc dicit Satyrus. Eloquo
 sed uterque perit orator. At illum lar-
 gus & exundans leto dedit ingruij
 fons. Ingenio manus est. & ceruij
 cesa. nec unquam sanguine caudicij, du-
 erunt rostra pusilli. Illud de cicero-
 ne. hoc de Demosthene. seuus & illum
 exitus eripuit. quem mirabantur
 Athene. torrente. & pleni moderante

frena theatri. Quem pater ardentis
masse fulgine lippus a carbone et
forcipibus gladiosq; parante incude
& luteo vulcano ad rhetora misit. Ex
hisce potes intelligere lamola nec i
diuitiis: nec in potentia: nec i amplitu-
dine dignitatis: nec i Regno: nec in
gloria: nec in re militari: nec in agroru
cultura: nec in sacerdotio: nec i studiis
litarum hanc esse quam querimus fel-
citatem de qua iadudū a nobis dispu-
tatum est. veram esse illam Satyri nri
grauissimā probatissimamq; sententiā
ita dicentis. omnibus i terris q̄ sunt
agadibus usq; aurora: & gangem pauci
dignoscere possunt vera bona. atq; illis
multū diuersa i mota. Erroris nebula.
quid n. ratione: timemus aut cupim?

quid tam dextro pede concupis ut te
 coratus non peniteat uotiq; peracti.
 Nocitura toga: nocitura petuntur
 militia: & tortens dicendi copia mul
 tis. Et sua mortifera est facundia.
Vmbus ille confissus perit. admiran
 disq; lacertis. hoc idem horatius
 sentiens alius uerbis expressit huc
 immodū inquiens. Quis fit Mecenas
 ut nemo quā sibi sortem. seu ratio
 dederit seu fors obicerit illam cōtet²
 iuuat. Laudat diuersa sequentes. o for
 tunati mercatores grauis annis miles
 ait multo iam fractus membra labore.
Contra mercator nauum iactantib; austri.
 Militia est potior. quid enim concūrit.
 hore momento: aut cita mors venit: aut
 victoria leta. Agricola laudat iuris

legumq; peritus. Sub galli cantu consul-
tor ubi hostia pulsat. Ille datis vadibz
qui rure abstractus in urbem est. Solos
felices iuuentes clamat in urbe. et reli-
qua. Quas ob res que nam uita beata sit.
Atque ubi sit & quomodo parari possit
repetendum est altius. **LAM** Vis ne igitur
Suar. quoniam disputando mihi defa-
tigatus aliquantulum uideris. & iam dies
declinat in uesperam. ac p̄terea diffi-
cillima pars totius huiusce disputatio-
nis relicta est id quod superest in
crastinum diem transferri. **SVARIN**⁹
Michi quidem nichil indestum erit qd
tibi placere intelligam siue disputari
siue differri uellis. Nam quod ais
me tibi defatigatum uideri. non est
ita. Neq; enim me disputationis eim

satietas percipere unq̄ possit: etiam si
 uel totum triduum ieiunio michi dis-
 serendum foret: Presertim cum te &
 Antonium tam faciles mihi habeam:
 ut non omnia mihi necessario exp̄me-
 da putem ad ea probanda q̄ p̄suader
 intendam: Quod restet potissima et
 difficillima pars suscepte disputationis
 in eo abs te profecto non dissentio. Sua-
 dere uero nobis ut dicas instans uespera
 uidetur: ut animos ab hac disputatioe
 relaxemus & aliquantulum ocieamur.

Quia pp̄ censeo quod reliquum est i crasti-
 num differamus. Sic & Antonius ueniet
 ad dicendum parator. Et ego itidem ce-
 seo. Eamus hinc igitur et ortulos aliq̄s
 petamus: ubi laxamenti quippiã aio
 pariter & corpori demus. Tum silentiũ

ANTONIO.
 ANTO.

subsecutus est atque inde discessimus.
Postridie cum sub meridianum tempus
Guarinius: & Lamola ad Antonium salu-
tandi gratia profecti eunt. Visne Guar-
inquit Antonius ad hesternam dispu-
tationem reuertamur: & que nam sit
ista felicitas accuratus indagemus:

GVAR. Volo id quidem Antoni nec
est aliquid quod agam minus inuitus.

Quid enim mihi tali disputatione potest
esse iocundius. Sed cenfeo hanc partem
abste esse tractandam atque explendam
esse ut fuerat constitutum. Recte dicis
Guar: et id equum est. Scit enim Antoni-
us ita conuenisse mecum hesternis diebus cum
me ad disputandum impulit. Nec puto
eum adeo difficilem fore quoniam id ipsum ab eo
impetremus: non grauante si consuetudine

LAMOLA.

suam tenuerit. Solet enim in omnibus
 rebus et tractabilem et inexorabilem se
 prestare. nec omnino cuiquam mortaliū in
 nullo genere officij cedere. Quobrem
 ut iam ad te loquar Antoni omni prorsus
 excusatione summotā; partes tuas susci-
 pias. nec te uehementius rogare patiere
 ne studia nra qui te audire cupimus de
 beata uita quid sentias quippiam demo-
 rearis. **ANTO.** Et si res ipsa p̄ magna est. adeo
 ut nesciam que maior. tamen ut vr̄e uol-
 untati obsequar. dicam quid de illa sen-
 tiam. sed ea lege. ut cum ostendero si tñ
 id potero in rebus humanis felicitate
 esse non posse. Tu o Guar. ubi ea sit &
 qualis sit explices. **GA.** Tu quod tuum
 est munus Antoni p̄mū exequere ego
 isthuc posterius iudico. Neq; enī is sum

qui aut tue aut Lamole nre uoluntati pfer
tum honestissime defuturus sim. ANTO.

Recte dicis. Incipiam igitur de re dicere. Ois
beate uite ratio ut mihi quidem uidetur
ex sum boni opinione ducitur. Videndum
igitur in pms cenfeo: quid de summo bono
philosophi ueteres: & quid theologi nostri
censerint. Omnis si qde sapientum uictio
et excogitatio ad hoc unum confertur:
hoc unum spectat ut felicitate conseqa
mur. Nam si quid erit melius: quod
se non adeptum esse quis existimet: is
certe hac felicitate caruerit. Affectus n
illius boni potiundi cupiditate quo se
carere senserit quieto animo esse non
poterit: sed semper angetur, & appetitioe
eius quod pstantius opinabitur dies
noctesq; torquebitur. Ita fiet ut sibi

semper aliquid ad cumulata felicitate
 deesse sentiat. Ceterum quod de bonorum finibus
 aliter philosophi ueteres aliter uiri senti
 unt. Quinimo & inter ipsos antiquos ut
 scis quod sit summum bonorum omnium
 summa discrepantia atque dissensio est:
 quorum sententias dico easque magis ut
 defensione uel impugnate fuerint quo breuius
 potero exponam ac simul ostendam si id quod
 potero quod falsa fuit eorum opinio. Sunt
 qui summum bonum in uoluptate ponant
 ut Aristippus & epicurus. Sunt qui in pra
 uatione doloris ut diodorus. Sunt qui in
 indolentia ut hieronimus. Sunt qui hone
 stati uoluptatem adiungant ut calpho et
 Dinomachus. Sunt qui in scientia ut herillus.
 Sunt qui in sola uirtute & honestate ut zeno
 & stoici. Sunt qui in bonis animi corporis

de
tis
sib
tu
gr
bo
bo
ill
vo
op
bo
et
v
qu
se
a
ig
er

& fortune ut Aristoteles: & peripatheticus. Na
de Academicis nihil dicam qui de sim
bus bonorum: & malorum uidentur cum
peripatheticis consentire. Sed in eo uno
differre. quod quodmodum peripathetici
affirmant ita esse aut non esse. si illi uitata
affirmandi arrogantia dicunt sibi ita ui
deri uel non uideri. Quorum omnium
sententiarum quae iusta quaeque sit breuiter
uideamus. Qui voluptatem summum
bonum existimant. eorum sententiam consu
tari haud laboriosum puto. Praecipue
cum a Cicerone. Seneca. Lactantio ut
alios taceam grauisissimis uerbis atque
sententis pertracta sit. Ac primum omnium
cuiusmodi res sit uoluptas ex ipsius
uerbi definitione iudicari potest.
Nam si est ut ciceroni uideatur hori

diffiniendi peritissimo suavis iocunditas
 et in corpore siue iocundus motus in se
 sibus: vel si est ut stoicis placet subla-
 tio animi sine ratione opinantis se ma-
 gno bono frui: quid nã dici pot a summo
 bono alienius? Effet enim hoc tantum
 bonum nobis primũ commune cũ beluis.
 Ille enim rationis & orationis expertes ad
 voluptatem oĩa referunt: seqz id unũ
 optare ut sequi affirmaret: si nature
 beneficio loqui possent. Quid quod
 etiam multa a bestiis fieri certimus
 ut in enutriendis & tuendis ex se natis:
 que quidem non ad finem uoluptatis:
 sed potius edam ab natura in suos usqz
 caritatis proficisci uideantur. Quid
 igitur foret absurdius q̃ nobis statu-
 ere illud supremũ bonoru oĩum.

W
cuius non expertes sint pecudes: uel i quo
etiam ab illis quodam modo superemur.
Nam cum dederit nobis deus excellentem
primo figuram corporis: & staturam arrecta
celumque intuentem: mutis uero animati-
bus pronam: & humi spectantem non est
profecto in hominum nu^o habendus qui
eadem quam bruta sibi proponat et sta-
tuat summi boni rationem. Cumq; ipse deus
nobis ingenium/rationem: & memoriam
dederit: quarum rerum expertes sunt
pecudes: quibus discernere possimus q^u
ignominie, ac turpitudinis in uoluptate
sit: extreme sane insipientie existimandu
foret: rem tam uilem: tamq; despectam
non modo sumum bonum: sed bonum
dicere. Quia et ipsa na que de humano g^u
optime merita iudicatur. Cum hoi non

Solum rectam; proceramq; stativam. & celū
 suscipientem. ut dixi. et corpori sensus tribuit
 ut omitam. que animi sunt quibus carent
 cetera animalia. de nobis profecto male merita
 videretur. si homini non aliam q̄ pecudi
 summi boni appetitionem impressisset. Huc
 accedit q̄ nulla res perniciosior. nulla pe-
 stis acerbior. ut Architas ille tarentinis ait
 hominum vite reperiri pot̄ q̄ voluptas. Hinc
 enim omnia malorum gn̄a nascuntur. Nullū
 siquidem est tam impiū. tam atrox. tam
 nefarium facinus ad quod suscipiendum
 atq; exequendum voluptas hōiem nō comp-
 ellat. Hinc multarum urbium everiones.
 ne homicidia. ne alia scelera proferam
 sepe nūo consecute sunt. quas enumerare
 non est necesse. sunt enim in promptu. Nā
 ut omitam Troianū excidium in quo

tot hominum milia perire. Nonne & Gallia
transalpina. que patrum morum memo-
ria. vel etiam nostris temporibus prouicia
totius orbis terrarum florantissima ex-
stitit. propter huiusmodi pestem subi-
to defloruit. & in maximas calamitates
concidit. Auunt huius secte. atque heresis
philosophi. si tamen philosophi noiaudi
sunt. virtutem ideo colendam. atque expeti-
endam esse. quod ea sit efficiens uoluptatis.
que quidem uox mihi pecudum ut iquit
ei. iudetur esse non hominum. non erubel-
cunt impudentes. ne dicam imprudentes
hoies efficere uirtutem. qua nihil p̄stabi-
lius homini a superis datum est. ministra
& Ancillam uoluptatis. o p̄claram p̄biam
o summa. o singularem sapientia. que
Imperium. & principatu i hoie obtinet.

hanc indignissime rei famulatum & serui-
 tio subdere non ueretur. Nec intelligunt
 q̄ sordidus esset virtutis finis. si ea nihil
 melius uoluptate hominibus pareret.
 Ego quidem nuq̄ illud bonum appelladu
 putauit quo non posset eius possessor ho-
 neste gloriari. ne dum illud putem su-
 mum et excellentissimu omium. Quis aut
 est nisi omnino amens: uel certe impudens
 qui in bonorum conuentu p̄cepta uolup-
 tate gloriari sine rubore audeat. hic
 quispiam forte dixerit. Tu de corporis
 uoluptate tm̄modo intelligis nō animi.
 Ego uero de utraque loquor. licet i ea
 que corporis est. insit turpitudine maior.
 ea uidelicet ratione. quod hic finis non
 est a beluarum fine seruatus. nec sit
 uerissimile. nec certe equu. hominem ac

pecudum sibi diem tamq[ue] signum pro
ponere. ad quod consilia atq[ue] actiones
suas dirigat. intendatq[ue]. Ut autē exem
plis res fiat illustrior. Num censimus
Curtium qui se armatus precipitavit
in illum immane terribiatum voluptatis
causa. morte obisse. Num Sceuolam uolup
tatis causa manu que errauerat in ignem
iniecisse. Num Brutum Rō. libertatis
auctorem filios securi percussos voluptatis
gratia peremisse. Num Torquatum latino
bello filium eius strenuum uirum. & victo
rem uoluptatis causa interfecisse. Num
tris decios pro salute exercitus Rō. morte
affectos sese voluptatis causa. morti deu
nisse. & in medios hostes citatis equis
procurrisse. Num M. Regulum ad morte
indubitata[m] uoluptatis causa reuertisse.

Num. As. curtum oblatum sibi a sanctibus
 magni aut pondus uoluptatis causa resp-
 uisse. Num. fabritium ingentes pueri
 pollicitationes uoluptatis causa spreuisse.
 Num. priorem scipionem uxoris indibilis cel-
 tiberi. qua nulla erat in tota hispania
 formosior causa uoluptatis concubitu ab-
 stinuisse. Num. Alexandrum ab uxore filiaq;
 Darij pstantissima forma reginis. uolupta-
 tis causa animum inuictum pstitisse. Non
 Solonem Licurgum & ceteros legum lato-
 res uoluptatis causa leges condidisse.
 Num. ipos philosophos tam laboriosis cona-
 tibus voluptatis causa uitam contriuisse.
 Num. denique themistoclem. periclen.
 Cyrum. Agesilaum. Alexandrum. num-
 fabium. Marcellum. Marium. Sillam.
 Cesarem Augustum. cum res tam amplas.

tamq̃ magnificas gerebant uoluptate
respexisse. Aliud profecto aliud inq̃
prestantius atq̃ excellentius sibi animo
proponerant. decus uidelicet. famam ac
gloriam. licet q̃ ipsi uerū sumq̃ boni p̃
fectam cognitione non tenuerit. & in eo
etiam errauerit. Preterea summū bonū
quō iure quis dixerit quod instabile
caducum momentaneum fluxumq̃ sit.
Quis autem ignorat uoluptate siue corpo
ris siue animi uelis infirmam esse atq̃
mutabilem. Sed quod ad illos attinet
qui uoluptatem summū bonū censent
satis dictum sit. Qui doloris priuatione
summū bonum esse dixerunt. si plane in
uidentur / vel podagra / vel laterum dolor
alī affecti ita sensisse. Nichil enim est
quod uehementius optet egrotus q̃ doloris

& morbi detractionem. Sed ut ait latantus
 noster: homo in disputando peracutus. qd po
 sset dici magis ridiculum qd id p summo
 bono hie quod a medico consequi dolens
 possit. Nam si id summum bonum esset.
 dolor utiq sepe optandus foret. vt dolor
 sublato esset postea qd magis gauderem.
 Ex quo plane consequens esset. illu paru
 felicem esse qui parum doluisset. felicissi
 mum vero qui plurimu. quod qd sit abs
 urdum uides. Quia autem indolentia
 summum bonum statuit nonne idem fa
 cere uidentur. qd iij qui uolunt in arte
 ut dici solet aliquid designare. Illud
 enim sibi bonum effingunt qd tantum
 a superis petere non nobis dare ualeam.
 Nam in cuius potate esse dixerimus. pstat
 de se ipo ne unq doleat. Hoc certe no

nūq̄ aliquid aduersi contingeret. pp
 quod aliquando dolendum esset. Sed
 hec quidem hactenus. Qui virtuti volu-
 ptatem adiciunt et in his summū bonū
 putant: hi sane etiam impudentius m̄
 dicere uidentur q̄ qui in sola uoluptate
 summū bonum constitutiūt. coniūgūt
 enim res natura contrarias longe q̄ diue-
 rsas. Nam sicut aqua et ignis elementa
 inter se contraria atq̄ pugnantia simul
 stare coniūgūq̄ non possunt: sic certe nec
 virtus illo pacto cum uoluptate copulari
 potest. Asperratur enim natura reuicit-
 que contraria. nec profecto secus est vo-
 luptatem cum uirtute coniūgere q̄ pec-
 uidem cum homine sociare. Atqui ita
 se habet hec ratio ut qui uoluptate seq̄-
 ritur uirtute. qui uirtute utit̄ uoluptate

careat. Sed hoc hactenus. Quia summum
bonum in scientia dixit esse: honestius
ille quidem: sed tamen omnino non
recte. Est sane proprium hominis sapere
ut supra dictum est: sed in eo errauit
quod putauit scientiam pro se ipsam ex-
petendam esse. Cum quidem illa alte-
rius & extrinsecus rei causa expetatur.
Ideo enim scientias discimus: quemad-
modum inquit latantius: ut in eis exer-
ceamur: ut per eas uel ad uitam neces-
saria: uel ad splendorem honesta adipi-
scamur. quorum priora non minus
pecudum esse quam hominum manifestum est.
Ita enim brutis animalibus: quemadmodum
hominibus insita est uictus: uolupta-
tisque appetitio. Videre etiam licet in
bestijs quibusdam ut puta in equis

tauris leonibus imaginem quandam
 similitudinēq; glorię cupiditatis. Ex quo
 non ab re poeta maximus de equo loques
 experuendum esse ait. Et quis cuiq; dolor
 uicto que gloria palme. Illud etiam neces-
 sario sequeretur si scientia summum bonu
 esset: ut tam qui malas artes didicissent
 beati essent: quod existimare nephasa
 puto. Qui uero summū bonum i virtu-
 te ponunt hi profecto mirus a summi-
 ueriq; boni cognitione q̄ ceteri aberrarūt.
 Sed tam nec ipsi (quodnam illud esset)
 satis agnouerunt. Hęc quidem uirtus
 suadet nemini nocere: patriam atque
 amicos inuare: comunē hominū societati
 seruire: fidem p̄stare: glorię: uel opum
 gratia nihil contra honestatē contemnerē.
 nullo turpi questu rem facere: nulla

negligentia: nulla pigritia quēq̄ circū-
ueniri p̄mittere. Contra aduersa. forti et
inuito animo esse. res humanas contemne.
nulli fortune cedere: ardua ac la boriosa
suscipere: nullo terrore adduci: nullo dis-
crimine. ut suscepta deserantur. omnia.
deniq̄ que homini eueniant. in rebus cor-
poris aut externis nec bona nec mala diue-
huius nimis est libidines refrenare: uolu-
ptates compescere: iracundiam propulsare.
Auaritiam coercere. omnes animi labores di-
luere. Eiusdem est res altas atq̄ occultas
inuestigare: uerum inquirere: celestia spec-
tare: diuina contemplari: deum agnoscere.
Est hec profecto res magna. que res a deo
preclaras gignit & continet. Sed tñ eam
sumum bonum esse nequaquā existimādū
est. Neq̄ enim uirtus illud est quod

ex ipsa uirtute querimus: sed eius potius
 genitrix atq; effectrix. hoc est enim illud
 iter quod nobis emetendum est ad ueri:
 summūq; bonum contendentibz. ad quod
 sine uirtute perueniri nullo modo potest.
 Idq; hoc uno argumento facile iudicari pot.
 Hancq; ut ait ipse lactantius. Aut hoc sū:
 mum bonum quod querimus. adeptu
 facile est. aut difficile. Si facile sūmum
 bonum dici iure non pot. Quid enim tot
 labores: tot molestias: tot pericula quod
 est uirtutis opus subeamus. cur nos tan:
 toperem maceremus. atque conficiamus ad
 sūmum. & optatissimū bonum annitetel:
 si illud leuiter adipisci possēmus. Sed
 cum uel commune quodq; bonum. & medio:
 cre non possit absque difficultate compa:
 rari quomam natura boni ardua. et

laboriosa sit: quodmodum vitiorum prona
est et princeps. Verisimile est hoc quod
summum bonum: et omnium excellentissimi
dicimus: non posse sine sumis laboribus.
summaque animi & corporis contentione
uendicari. Id si ita est ut certe est: honesta
actione ac virtute opus est ad hoc sup-
remum bonum consequendum. Si igitur
per uirtutem ad illud perueniendum est:
cum dubium relinqui potest ipsam uirtu-
tem in qua exercemur: quaeque circa lab-
oriosa & periculosa uersatur: non esse
summum bonum. E quidem in persuaderi
non possum. Ciceronem et eos qui dixe-
runt summum bonum in uirtute esse:
et in quo uirtus sit ei nichil deesse ad
bene: beateque uiuendum. quibus asserant
illam esse pro se expetendam: nihil aliud

ultra virtutem spectasse. maxime cum
 dicat in tusculanis. honos alit artes. oesq;
 incenduntur ad studia gloria. et in offic.
 vix inuenitur qui laboribus susceptis pe-
 riculisq; aditis non q̄ mercedem rerum
 gestarum desideret gloriam. Sic virgilius.
 ut cumq; ferent ea facta minores. Vincet
 amor patrię. laudumq; imensa cupido.
 Hec profecto illa res erat. quam sibi pro-
 ponebant. quam spectabant. ad quā oīa
 eorum opera referebant. Id autē contingit
 ignorantie summi boni. Cum enī caret
 ueritatis lumine ac perfecte sapientię ful-
 gore. nec aliquid uirtute p̄stantius rep-
 erit. a uirtute non recesserūt. eamq; in
 se tanq̄ radios in solem reflecti uoluerūt.
 Cūque ad uirtutis intelligentiā puenerūt
 q̄ querendo fatigati substituerūt. nec ad

celum vnde mortalium animi profecti
quoq; reuersuri sunt mentem retulerunt.
Qui vero uirtuti: corporis: & rerum externa-
rum commoda addi uolunt: & in ijs sum-
mum bonum ponunt: in eo peccant qd̄
in his que in potestate nra non sunt summi
boni finem statuunt. Quis autem nes-
cit altera in potestate nature: altera in
cau & fortune temeritate esse reposita.
Nam quis est cui exploratum sit se inco-
lumen ad uesperam fore: aut rem fam-
iliarem: sibi vno dūtaxat die integram
esse mansuram. Quod si ita est ut cer-
te negari non potest: Quisnam hisce
accessorius bonis putauit uitam beatam
fieri posse. Summum bonum ut lacta-
tio placet tale esse oportet: vt hōi cum
nullo animante commune solius ai

sit: nec ullam cum corpore aut rebus
 externis communionem habeat: ac de-
 niq̄ tale ut non possit absq̄ scientia
 & virtute comparari. Hoc vero bonum
 ita diffinitū: illorum oīum sententias
 excludit: de quibus facta est mentio.
 Quicūq̄ enim dixerunt aut nobis cum
 mutis animalibus cōmunia sunt aut
 a nostra potestate se iuncta. Que sit
 philosophorum opinio: de summo bono
 in quo beata vita continetur: satis exp-
 licatum videtur. Nunc reliquū est
 ut quid nr̄i de eo sentiant explicetur.
 Latantius quidem summum bonum
 hominis pōitum esse in immortalitate
 censet: eamq̄ q̄ mercedem maximā
 laborum: ac meritorū nr̄orum a deo
 mortalibus constitutā esse: comparariq̄

duabus rebus religione scilicet et sapientia. Aut enim cum omnia que data sunt homini pene uideantur esse communia brutis animantibus puta uox: risus: caritas: ratio. Videmus enim illas proprias & sibi datus a natura uocibus: inter se uotis quod simul colloqui: & multis auribus et rictu in la sciuram soluto quod ridere. In fetibus gignendis educandisque quod quandam speciem amoris humanam pro se ferre in tuenda uita in fugiendis periculis: quedam non obscura rationis signa prebere: omnes animantes propter hominem religionis & sapientie expertes esse. easque soli homini conuenire: rationem aliqua bestis datam esse ad sustinendam uitam: homini uero perfectam ad diuinam esse.

rerum intelligentiam. cui quidem op-
 inioni assensum esse Cicronem ait
 dicentem. Ex tot generibus nullum
 esse animal preter hominem quod ha-
 beat aliquam dei notitiam: nullam
 que gentem esse tam in mansuetam:
 neque tam feram que non etiam si
 ignoret qualem huius deum deceat: tamen
 habendum sciat. Spectandum nobis
 esse in celum: nullam aliam ob causam
 nisi ob religionem. Nam si religio tol-
 latur e medio: nullam super nos cum
 celo cognationem. Arrigendos ad celum
 oculos: aut religionis gratia: aut rerum
 diuinarum cognitione. Sed quia res
 diuine: hominis ingenio perfecte compreh-
 endi non possunt: religioni seruendum
 esse. Oportere autem religionem cum

sapientia coniugi: nec alteram esse absq;
altera perfectam esse. Cosque qui alte-
rutram suscipiant altera neglecta. uia
magnis erroribus implicitam sequi:
Quoniam in his duobus inseparabiliter
connexis: & officium hois. et veritas omnis
includa sit. Idcirco inquit factus est mu-
dus ut nascamur: ideo nascamur ut fa-
ctorem nostri ac mundi deum agnosca-
mus. Ideo agnoscamus ut colamus: Ideo
colamus ut immortalitate pro laborum
mercede capiamus. Hanc tñ immortali-
tatem cum nã dei cognitione. & contem-
platione coniunctam intelligit. In quo
quidem errauere phi. inter quos & M.
Ci. qui et ipsi immortalitatem esse putauer-
unt. Sed verum deum omniũ rerum cõ-
dictorem: ac parentem. defectu sapientie

nescierunt. Hec de summo bono lattanti -
 us. Hicidorus uero sacrarum litterarum
 doctissimus summum bonum esse inquit
 deum: qđ sit incorruptus: incomutabi-
 lis immortalis & simplex. que omnia
 in solum deum cadunt. Nam et si im-
 ortales angeli atque anime sunt tamen
 et comutabiles sunt: qm̄ in uitia plapse
 a deo deseruntur. Cuius uerba afferre
 comodius reor. Summum bonum inquit
 deus est quia incommutabilis est &
 corrupti omnino non potest. creatura
 uero bonum. sed non summum quia
 mutabilis est & dum sit quidem bo-
 num. non tamen esse potest summum.
 Quid est enim dei immortalitas nisi eius.
 incomutabilitas. Nam et Angeli et anime
 immortales sunt. sed incomutabiles no

sunt. Ideoque solus deus immortalis quia
solus incommutabilis est. Nam anima
moritur dum deserente deo de bono
in malum mutatur: sicut et angelus
dum deserente deo lapsus est. Quod ma-
teriam habet unde existat mutabile
est: quia de informi ad formam transit.
Quod vero non habet materiam immuta-
bile est sicut deus utique est. Bene itaque
ac substantialiter sunt ista deo incor-
ruptio: immortalitas: incommutabilitas.
Inde et merito cuncte preponitur crea-
ture: opus non consilium apud deum
mutari: nec variari eum: quia per
uaria tempora diuersa precipit: sed
manens idem incommutabilis & eternus.
Quod cuique tempori congruum esset:
ab ipsa eternitate in eius mansit disp-

olutione consili. Non usu nro aliud
 deum putamus. aliud pulchritudine
 eius sicut aliud est homo aliud eius
 pulchritudo. quia desistente pulchritu-
 dine homo manet. Ac per hoc qui ita
 intelligit deum corporeum esse credit:
 dum pulchritudo dei ipse sit deus.
 Ideo deus dicitur simplex. siue non
 amittendo quod habet. siue quia nō
 aliud ipse. aliud quod in ipso est. In
 ordinate dici seu confecti iuris. ea
 q̄ordinate in deo sunt. ut pote simp-
 licitas. que aliquando dicitur p̄stul-
 titia. et non est apud deum. Apud
 deum uero summa simplicitas. & iuxta
 hanc regulam cetera seruanda sunt.
 Hec Isidorus. Augustinus magnus p̄f-
 ectusq; theologus. summum bonū cē

cenſet eternam vitam. vt ſumma mali
eternam noctem: ac pp̄ illam comp-
arandam: nobis recte uiuendum eſſe.
Scriptum eſt n̄ inquit iuſtus ex fide
uiuut. quoniam nec bonum noſtrum
nam uideamus ex quo opus eſt vt illud
credendo queramus. nec uero ut ipſe
teſtatur noſtrum recte uiuere ſatis eſt.
ad uitam illam adipiſcendā. niſi cre-
dentes. & orantes nos adiuuet qui
ipſam fidem dedit. qua nos ab illo
uiuandos eſſe credamus. Preclare
ille qđ de ſumo bono: ſi illud exiſti-
mat eternam uitam. Aeterna enim
uita qđ eſt niſi deus eterne uite lar-
gitor. Ipſe enim eſt & uita: et ſalus
noſtra. Vnde illud ego ſum uia
ueritas & uita. Ipſe eternus qđ &

principio caret in fine. Eterna igitur
 vita est cum deo eternum esse et in deo
 eternum uiuere. atque in eius diuini-
 tate contemplanda omnes cogitationes
 nostras iacere: quam unam rem tantummodo
 in beatorum mentibus versari credid-
 erim. Aug⁹ summum bonum ciuitatis
 dei eternam pacem esse inquit his ver-
 bis. Quod rem cum summum bonum
 ciuitatis dei sit eterna pax atque perfecta:
 non per quam mortales transeant na-
 scendo: atque moriendo: sed in qua
 mortales maneant nihil aduersi om-
 nino patiundo. Quis est qui uitam
 illam uel beatissimam esse neget: uel
 in eius comparatione istam que hic
 agitur quæ sit licet animi: et corporis: et
 rerum externarum bonis plena sit

non miseriam iudicet. Sed siue
eternam vitam siue eternam pacem
sumum bonum iudicet. recte ille qd. ||
In deo n. eterna uita. et eterna pax e.
in eo summa quies. summa tranquillitas.
& status. omnium rerum cumulatice
perfectus. Quid plures thedogos refe-
ram. Omnes n. in id consentiunt deum
esse sumum bonum. In eo beatorum
cogitationes finire. nichil extra deum
appeti. nichil desiderari qd est sum
boni proprium. Qua pp si nec i sola
uoluptate. nec in doloris puatione.
nec in indolentia. nec in uirtute cum
uoluptate conuicta. nec in sola honesta-
te. nec in scientia ut mihi multis ver-
bis explicasse uideor. sed in deo. et
ipsius dei fruitione. et contemplatioe

ac iure eternitate ut theologis placet.
 ¶ Illud iudicio meo recte concluditur
 nos in hoc orbe terrarum que incolimus
 uitam beatam adipisci non
 posse. Illa enim beata uita recte ap-
 pellabitur que nullis est fortune
 telis opposita: nullis procellis obnox-
 ia. Ad quam nec metus: nec dolor:
 nec inuidia: nec maliuolentia: nec ob-
 trectatio: nec iniuria: nec uis: nec egi-
 tudo: nec perturbatio ulla que animi
 a perenni tranquillitate dimoueat pe-
 netrare potest. Nam dum in malis
 sumus: dum angimur: dum cruciamur
 non nisi prius finitis malis beati
 esse possumus. licet enim ratione du-
 ce humanorum casuum contempti-
 ce fortiter aduersa toleremus: tamen

fieri non posse arbitror hominem quic-
que sit his que sibi preter naturam
et uoluntatem accidant nisi omnino
sit ferreus non moueri. Quid n-
putas Diogenem illum vel cleante-
quorum uita fuisse fertur emenda-
tissima: nunquam emulatione: nunquam
rei nullius inopia laborasse: nunquam
re ulla perturbatos fuisse. Eodem
michi intelligere uideor nos ita
natura comparatos esse: eaque conditi-
one compositos: ut non tritari non
timere: non cupere: non dolere neque
amari: que sunt animi perturbationes
ex corporis contagione procedentes.
Sic enim hasce animi passionum: Ci-
appellat: quoniam animi/mentisque
perturbent. Hoc ipsum clare testatur

poetarum latinorum decus his uer-
 bus. Igneus est ollis vigor, et celestis
 origo Semiribus: quum non noxia
 corpora tardant. Terreniq; hebetant
 artus: moribundaq; membra. Hinc
 metuit: cupiuntq; dolent: gaudetq;
 nec auras suscipiunt clausæ uene-
 ris: et carcere ceco. Quis enim hos
 sensus animis abstulerit: quodiu hoc
 terreno carcere inclusi sunt. Cuius
 quidem tanta uis est ut ipm animu
 diuinarum rerum ut quidam uoluit
 humanarumq; peritum: vires suas
 exercere non sinat. Nam si quid
 in corpus ineptum: et male tempe-
 ratum inciderit: uel stoliditatis ali-
 quando: uel dementie: signa edit.
 Quid quod hec qua modo uiuimus

uita non re ipsa uita est. sed mors. in quo et ueteres aliqui maxime stoici peripathetici. et academici cum theologis nostris sentiunt. Deficiunt enim sensum et sine sensu. et continue moriuntur. donec hoc graui corporis onere deposito ad eam uitam peruenitur. que uere uita est. que immortalis. que omni solitudine. ac desiderio uacua. quo nichil nisi incorruptibile purum. et simplex potest transcendere. ubi summa animi reges. ubi expletus. ubi potius contentus animus eiuum agit cum superis seipiternum. Ut non modo non mirer. Virgilianum illud. sed et valde probem. O pat. anne aliquas ad celum hinc ire putandum est. Sublimes animas iteque

ad tarda reuerti corpora: que lucis mi-
 seris tā dira cupido est: Quoniam n-
 modo beata esse vita potest que morti ^{ipi}
 subiecta: nos aliquando desertura sit.
 Nam si vita beata ut ait ci amitti potest:
 beata esse non potest. Nec enim appel-
 latur beata vita nisi absoluta atque
 perfecta. Hec potest quisq̄ alias beatus
 esse alias miser. Qui enim existima-
 bit se aliquando miserum eē posse bea-
 tus eē non potit. quoniam eo timore
 torquetur. Nam cum semel suscepta
 est beata uita: tam permanet q̄ illa ipa
 beate uite effectrix sapientia. Hec em̄
 vita presens: et corporalis ut inquit:
 Lactantius. Beata eē non potest. quia
 malis est subiecta p̄ corpus. Epicurus
 deum beatum vocat quia sit sepius

et incorruptus. Beatitude enim perfecta
est. ut nichil sit qd̄ eam vexare/minuer:
aut imutare possit. nec aliter quicq̄ be-
atum existimari potest. nisi fuit incorru-
ptum. Incorruptum autem nichil est:
nisi qd̄ immortale est. Sola ergo mor-
talitas beata est. quoniam corrupi aut
diuolui non potest. Nullus beatus
inquit Augustinus. nisi qui uiuit ut
uult. & nullus beatus nisi iustus. sed
et ip̄e iustus non uiuit ut uult. nisi eo
p̄uenerit ubi mori/falli/offendi nō pos-
sit. eiq̄ certum sit ita semper futurū.
Hoc enim natura expetit. que nec plene
nec p̄fecte beata erit. nisi sit adeptā qd̄
expetit. Hunc uero quis hominum potest
ut uult uiuere. quando ip̄m uiuere
non est in nra potate. uiuere enī uult:

mori cogitur. et si ideo mori velit. non
 quo uoluit uiuere. sed ut melius uiuat
 post mortem. Non dum ergo ut uult
 uiuit. sed cum ad id quod uult mori
 endo peruenerit. Idem alibi absit aut.
 ut q̄. diu in hoc bello intestino sumus. nos
 iam beatitudinem ad quam uincendo
 volumus peruenire. nos adeptos esse cre
 damus. Hec Aug⁹. possumus quide
 ad illam beatam vitam iter moliri ac
 struere. Quibus autem gradibus ad
 eam peruadatur. & si iam dictum est.
 dicendum tamen est iterum. religione.
 sapientia. spe. fide. caritate. atq; uirtute.
 hoc vno tam beati esse in hac vita possu
 mus. Teste Lactantio si nobis beati esse
 minime videamur. si fugientes illecebras
 voluptatum. soli q; uirtuti seruientes i oibz.

miseris laboribusque viuamus. que sunt
exercitia & corroboramenta virtutis. si den-
ique illam asperam viam difficilemque te-
neamus. que nobis ad beatitudinem pa-
tescens est. Habetis Quare tuque o Lamola
quid de summo bono. et beata uita sciam
de qua a theologis nostris alia multa dici
posse non negauerim. **Quare** obrem finem
sermoni meo faciam. **Quare** Equidem
Antonius tecum sentio. et valde me iuuat
ista tua de philosophorum. ac theologorum sceleris
enarratio. credo item Lamolam. Sed si in
hac uita felicitatem non esse recte conclu-
sum est. Vbinam illam esse dixerimus. que
Locum illi dabimus. quod nam ei domicilium
statuemus. **Ante** At qui istud erit tui
munus. tueque partes. Quare sic enim pa-
tri sumus. docere ubi ea sit. & qualis sit.

que tibi scio erunt explicatu facilia quonia
 religionis nr̄e doctoribus te maxime dele-
 ctari non ignoro. **GVA** Et si equum erat
 Antoni te hanc ptem persequi atq; absol-
 uere. qui opinionel de sumo bono tā nr̄oz
 q̄ veterum attingisti: tamen vt tue voluntati
 mos geratur: hoc muneris suscipiam nō
 inuitus. atq; vt potero exequar. **ANTO**
 Perbenigne: ac more tuo facil Guar. qui
 te semper michi: & amicis oib; tractabile
 prebere consuesti. Q̄ obrem perge obsecro
 qđ idem te rogat Lamola non mirus.
LAM Ego vero non solum rogo sed et
 oro atque obsecro. Hec enim illa pars
 est: quam ego potissimū audire expecto
 vt intelligam quo loci hoc laborioso iti-
 nere confecto michi perueniendū sit:
 & cuiusmodi uita mea post mortem

futura sit. De quibus licet audierim
sepe: et legerim: tamen illa ex te cogni-
ta, me uehementer delectabunt: atq; et
non nichil confirmabunt. **GVARIN^o**

A ggre diar rem q̄q̄ perdifficilem: & theo-
logo magis q̄ oratori congruentem pre-
sertim quia uideo utrique uestrū id
gratum fore. Ex his Antoni que a te
grauiter: et copiose dicta sunt: satis con-
stare arbitror non esse in hoc orbe terra-
rum supremum bonum. Consequi igit̄
ex eo uidetur: nos dum in hac uita
sumus; beatos esse non posse. Id qd̄ lat-
tantius his uerbis affirmat. Nō cad-
it ergo inquit beatitudo in hominē
illo modo quo philosophi putauerūt:
sed ita cadit ut non tūc beatus sit
cum uiuit in corpore: qd̄ utique ut

dissoluatur corrumpi necesse est. Sed
 tunc cum aia. societate. et compage
 corporis liberata in solo spiritu uiuif.
 In eo uero omnium theologoru mot.
 ut tu clare ostendisti summa conse-
 sio est. deum esse sumum bonum.
 Quisius dei frutione. atq; intelli-
 gentiam. Apud deum em status e.
 omni desiderio uacuis. Omnisq; ex pte
 pfectus que est felicitatis diffinitio. qd
 quoniam a deo uerum est. ut nichil
 uerius. uitam beatam esse. ubi sumu
 bonum sit nemini debet ee ambiguu.
 Si igitur apud deum uita beata agit
 dubitandum no est domicilium eius
 uite. celum ee. qd est propria dei
 sedes. quis ipe deus omnia loca. com-
 phendens nullo comprehendatur loco

Immo vero loca omnia luce sua uirtu-
teq; & potate lustret et compleat. Na
ut psalmista inquit: celum celi dno
terram autem dedit filiis hominu.
& item quis sicut dñs deus nr qui
in altis habitat et humilia respicit
in celo & in terra. Cui uero dubium
esse pot animus qui diuinus est
et celestis in celum reuerti. locu natu
sue maxime consentaneu. Cu sciam
que corporis sunt in elemeta sua re-
dite oia. Nam ut phisicis placet: q
terrena sunt in terra: que humida
i aquam: que aerea in aerem: q ignea
in ignem dissoluto corpore reuertit.
Hec illud paruo argumeto est origi-
nis are celestis: nostriq; in celu read-
ituf quod nobis a deo data e forma

corporis ab alijs animantibus longe
 differens: ut ante dictum est sublimis
 scilicet et ad celum erecta: ut origine
 suam contempletur & spectet atque ut
 intelligat sibi eodem reuertendum esse
 vnde discessit. Illa enim ciuitas dei est
 quam mira pulcritudine atq; artificio
 molitus est sumus rerum opifex vbi
 plura inlunt bona q̄ omnium mortalium
 lingue effari possunt. Ad quam quide
 ciuitatem quibus gradibus remeetur
 satis a te Antoni dictum puto. Habetis
 his paucis Antoni tuq; o lamola. vbiua
 putem beatam vitam esse: de quo et
 alia plura dici posse non negaueri. Sed
 quoniam id a nemine religionis nre
 ambigi reor: hac parte p̄terita ad eam
 que reliqua est iam me conferam.

Ea vero est ut ostendam si modo pos-
sim cuiusmodi uita illa beata sit.
Hec me latet id p̄iare q̄ sit difficile
quod non modo uideri non potest:
sed nec ratione: nec intelligentia cōp-
hendi. Maius enī. & longe altius hoc
est: q̄ quo humani ingenij uis aspirare
ualeat. Sed tñ q̄tūm ex theologorū
nrorum scriptis percipere legendo
potui de tanta re dicam quid setiam.

Beata uita (ut michi quidem uidetur) tota
est posita in dei fruitione: frui autem
deo nichil aliud esse existimo: nisi deū
contemplari: atq; agnoscere. licet vim
eius ac magnitudinē nullus uel beato-
rū spiritū plene perfecteq; possit ut
iam dictum est ratione complecti quonia
immensus: & infinitus est. Tunc enī

soluti hac corporis mole. per hoc ad
 simpliciter corpore assumpto deum hie-
 bic in uicem atque agnoscere. Nam ut
 ait apostolorum princeps nunc qui per
 speculum in enigmate deum uidemus.
 tunc autem a facie ad faciem. Et alibi.
 Videbit omnis caro salutare suum absque
 difficultatis nodo. Videbimusque et ang-
 elos omnesque beatorum spirituum ordi-
 nes qui conciuues et contubernales nostros.
 Videbimus et omnia que in celo et que
 sub celo sunt. Quid enim erit quod
 eius aspectum fallat. qui uidet uide-
 tem omnia. Nichil profecto eorum
 nos fugiet que ubique fuerit. et que
 nunc nobis uidentur obscura. de
 trinitate. et ceteris archanis que a theo-
 logis tradita sunt. fient nobis ipsa

Luce clariora. Animus enim hac terrena
compage liberatus et abiecta carnis sar-
cina ad naturam p̄sanam et suam
reuersus. oīum rerum scientiam uel re-
cuperabit ut platon. uel consequetur
ut Aristoteli et nostris placet. Nam
cum sit diuine nature participes cui
omnia cognita et perspecta sūt. credi-
bile est humanos animos oīa cogni-
tuos postq̄ in eum locum redierint
unde digressi sunt. Nec amplius
Saturno. Ioui. Marti. Soli. ueneri. Mer-
curio. Lunę. quos nunc planetas ph-
orrescimus. quorum ue ortus. et occasus
tanta cura et formidine obseruam⁹
subiecta erunt. O uinimmo ut illis
nūc suppositi sumus. sic illi nobis tūc
suppositi et pedibus nr̄is subiecti erūt.

nec officere nobis poterit illorum cur-
 sus recursusque. nec amplius extime-
 scent reges. duos horribilesque terris co-
 metas. quos nunc tantopere pertimescunt.
 Erunt nobis note. et explorata omnes
 stelle. quibus nichil profecto quo ad
 splendorem illustrius. quo ad ornatu
 et uarietatem pulchrius fingi potest.
 Erit in ea uita. eterna pax. et ea quide
 uera. nullisque insidijs obnoxia. Nulla
 enim potatem in eos qui in celo fuerit
 retinebit. hostis ille communis aiaru
 quummo una cum damnatis apud
 inferos perpetuo cruciabitur. nec in
 euadendi sibi amplius ulla potestas
 dabitur. Erit ibi summa animoru
 tranquillitas. et requies. omni cura.
 molestia. cupiditate et angore uacua

Teste Isaya dicente. Sedebit populus
in pulchritudine pacis: et in taberna-
culis fiducie: et requie opulenta. Er-
unt corpora ipsa luce clariora: atq;
ipso aere subtiliora: ut quocunque
uelint non secus penetrare ualeat
q̄ in corpori spiritus. fulgebunt igt̄
Mathaeus iusti sicut sol in regno patris
mei. Quid Aug² ubi uidet inquit
spiritus: ibi erit protinus et corpus. Qd̄
ezechiel de rotis inquit. Erit ibi per-
petua uiuentia et semper florens qua
nullum senium: nulla temporis ma-
gnitudo corrumpet: nulla diutur-
nitas extinguet. In illa em̄ uiridita-
te. et pulchritudine perpetuo cū deo
manebimus. psalmista testante. Re-
nouabitur inquit beatorum ut aq̄le

uicent
minus
ampius
nostra or
gata: me
mmo pote
ex quibus
p̄ resurrect
nos habu
potatem f
emm ut d
ipa corpor
corruptibi
omnino ui
ualcant
ita inquer
meos: hoc d
Murus nar

17.
uidentis. Nec uero illud paruum est
minus quod nulli morborum generi
amplius subiecti erimus. Corpora n-
ostrea omni terrena concretione pur-
gata: nichil offensionis recipere om-
nino poterūt. Neq; enim elementa
ex quibus constant humana corpora
p̄ resurrectionem nr̄am: uim ullā in
nos habitura sunt. omnem si qdē
potatem suam p̄ se amiserūt. Erūt
enim ut dixi adeo defecata: et pura
ip̄a corpora omni admixtione et
corruptibili labe depōita ut nulla
omnino uolentia extrinsecus sentiri
ualeant. Cuius rei testis est Hays
ita inquit. occupabit salus muros
meos: hoc est celos et beatorum sedes.
Murus nanq; dei paradus est: ubi

cum eo quietum sumus. Erunt ibide
omnia cumulatiſſime que a nobis des-
iderari poſſint. ut nichil exterius nob
querendum ſit. deus enim optimus
maximus in quo omnia inſunt. bona
deſideria nra complebit. nec ullu
cupiditatibus nris proſus relinquet
Locum. Satiati et expleti hominu
animi pntibus et ſibi a deo conceſſis
contenti erunt. hoc eſt q. psalmiſta.
Satiabor cum apparuerit gloria tua.
Sic paulus deum loquentem facies.
E go ero quecunq; ab omnibus honeſte
deſiderantur. et uita. et ſalus. et uir-
tus. et gloria. et copia. et honor. et
pax. et omnia bona. Sic enim et ille
recte intelligitur qd ait a poſtolus.
Ut ſit deus omnia in omnibz. Ipe em

finis erit desideriorum morum: q
 sine fine uidebitur: sine fine amabi-
 tur: sine defatigatione Laudabitur.
 Recte ille quidem et uere. fugiter em.
 ac sine intermissione dei Laudibus
 uacabitur. et erunt scilicet in eorum
 occupata studia nostra ut pro mef-
 fabilibus: ac immortalibus meritis
 nobis a deo impartitis illius maiesta-
 ti continue gratias agamus. Sed q̄
 Laudes. que gratiarum actiones tantū
 in nos dei beneficijs et muneribus res-
 pondere possint. Erunt etiam in ipsa
 paradiso uera et perfecta gloria. que
 nec emulatione: nec simulatione offi-
 nec ullo gn̄e corruptelle parabitur.
 neque enim ambiendum erit quo
 maiorem uel gradum. uel gratiam

apud deum adipiscamur. Iusticia
enim diuina quæ summa atq; perfecta
est non sinet Beatorum quorū merito
honore et digno gradu carere. Nec
erit unus ex omnibus qui non eo
gradu atque ordine contentus sit
quem sibi diuina sapientia constatu-
erit. Nec uero reperietur qui alteri
inuideat quæuis alius in sublimiore
ac digniore loco collocatus sit. Nam
ut nec Archangeli Angeli: sic nec
sanctorum ullus inferior superiori
inuideat. Cuius quidem rei Aug⁹
nobis testis est locuples. ita inquit.
Atq; etiam beata illa ciuitas magnā
bonum in se uidebit. quā nulli supe-
riori ullus inferior inuidebit: sic
nunc non inuidet Archangelis.

Angeli: tã qz nollet esse unusquisqz
 qd non accepit: quã nec in corpore
 esse uult: oculus: qui digitus est: cū
 membrū vtrunqz contineat: totius
 carnis pacata compago. Sic itaque
 habebit inquit donum alius alio mi-
 nus. ut hoc quoqz donum habeat
 nec uelit amplius. Sed ego illud solū
 certamen in beatorum m̄tibus māsu-
 rum credideri ut scilicet deū intel-
 ligant: cuiusqz immensam potatem
 et sapientiam spectant atqz perpedat.

Quid loquar summam caritatem:
 consensum/equitate: constantia: oia
 deniqz bona que in celo sunt. Erit
 ergo inquit Aug. illius ciuitatis dei
 et una i omnibz et in singulis insep-
 abilis uoluntas ac libera: ab oī malo

liberata et impleta. omni bono fruens
indeficiente et inhorum iocunditate
gaudiorum. De gloria hoc dicit Ap[osto]lus.
cum christus apparuerit uita ma-
et uos cum eo apparebitis in gloria.
Nec tacebo illius uite perenne gaud-
ium. q[uo]d nulla unq[ue] tristitia confun-
det. nulla egritudo corrumpet. nulla
uetustas obruet. Semper enim et assi-
due meditantes res diuinas in quib[us]
me est s[um]ma letitia s[um]maq[ue] iocundi-
tas. Beatorum animi leti erunt. nec ia-
poterit quicq[ue] eis accidere. quod ga-
udium illud. mentemq[ue] perturbet.
Nichil enim ibi fortuna poterit. que
nunc falso rebus humanis dominari
putatur. quoniam nec offendi. nec
decipi. nec uiolari poterunt. exulsi-

tata in meliorem lucem corpora. nec
uillum omnino iniurie genus perpeti.
Nec uo peccandi beatul potestas erit
non quo liberum tollatur arbitriū:
sed diuina gratia et spiritu sancto
cooperante: qui nichil nisi sanctum,
nisi rectum nisi a deo acceptum i illoꝝ
mentes et cogitationes patietur urepere
quod quidem ab augustinio his uerbis
expressum est. Nec ideo inquit libum
arbitrium non habebunt quia peccata
eos delectare non poterūt. Magis qdē
erit liberum a delectatione peccandi
usq; ad delectationem non peccandi
in declinabilem libertatem. Nam p̄mu
Liberum arbitrium qd homini datū
est quando primum creatus est rect
us potuit non peccare sed potuit &

peccare: hoc nouissimum eo potentius et
quo peccare non poterit. Verum hoc q̄z
dei munere non sue possibilitate natūe.

Quid illud diuinum donum omniū ma-
ximum et prestantissimum dixerim imor-
talitatem scilicet qua beati donabuntur:
quid hoc uno expetibilius optare a deo
possimus: quoue ipi deo similiores et pro-
piores fiamus. Est enim dei propria
immortalitas. quam tñ et angelorum
et beatorum spirituum ordinibz mag¹
tudine putatis in nos sue impartiri di-
gnatus est: ut cum illo in perpetuum
conuiuamus. eius maiestatem tota mete
totoqz animo contemplantes: uenera-
tesqz. Si quidem quicquid mortale
est: et corporibus nris subtrahens: illa
autem morti mancipata eē nō sinet.

qua fecer
Nam si m
corpore po
mudolofit
fect comu
stantius a
q̄ immorta
ut in hac u
merunt
qui semper
hec uita qu
modo theo
et phorum
sit. Illa au
nulla sit u
longinqu
o faustum
tanto orna

qua securitate que potest esse maior.
 Nam si mors omnium rerum que aut
 corpori possint aut animo accideri for-
 midolofissima: et accebbilissima est. ut
 fert comunis opinio. Nichil pfecto p-
 stantius a deo mortalibus donari potuit
 q̄ immortalitas. Quod si beati puta-
 tur in hac uita qui ad centum annos
 iuxerunt. q̄to beatiores iudicandi sunt
 qui semper uiuent. Presertim cum
 hec uita quam uiuimus in terris no-
 modo theologorum nrorum. Verum
 et phorum ueterum sententia mors
 sit. Illa autem celestis. uere uita. qua
 nulla sit uetustas ut dixi: nulla tpris
 longinquitas consumptura. o felice
 o faustum diem cum in eam sedem
 tanto ornatu pedita: tantum sideru

Varietate distinctam peruenimus ubi
cui fruemur sempiterno. Hec est ea
uita cuius adipiscende gratis Stefan^o
p^rthomaxit Lapidibus cedi sustinuit.
Hec est ea propter qua Iohannes bati
sta capitale supplicium pati nō dubi
tauit. hec est ea cuius causa petrus
et Paulus ap^ol^or^um principes alter
ceruicem securi permittere. alter in
crucem tolli non recusauit. hec est
ea ob quam Bart^hol^omeus seiuente cute
nudari passus est. hec est ea p^rpter
quam Sebastianus sagitis ad necem
configi non renuit. Hec est ea p^r qua
Laurentius flammis subici. et iⁿ modu
agni torreti non timuit. Hec deniq³
est ea uita p^r qua multi et p^rpe
innumerabiles clarissimi. et erudit^{is}

simi utri huic seculo abrenucliarunt :
 sibiq; iis omnibus humanis rebus
 interdixerunt : Hec sunt enim Antoni
 et Lamola que de uita beata sentiri
 michi uideor : uidelet ubi sit et
 cuiusmodi sit q̄tum ex doctorum
 morum lectione percepi Ad quam
 utinam perueniamus aln ut cum
 illo beatorum cetu perpetuo cogau-
 dere ualeamus . **ANTO** Tu certe
 cum argumentis tum auctoritatibz
 grauissimoru theologorum a deo m̄
 in hac questione satisfecisti : puto ut
 Lamole ut theologum alium p̄ter
 te desideremus neminem : atq; ut
 de ea re de me loquor nulla michi
 dubitatio uel obscuritas relicta sit :
 ut te non minus p̄stantem theologu

q̄ oratoriam putam et plane cū me
et cogitatione complector. quecumq̄
in hanc sententiā modo dixisti. nō
quidnam addi possit. quo notior ee
queat humano ḡm uite felicitas. Pre
terea ut uides iam aduerseratis. nosq̄
hortat̄ diei t̄pus ut aium a labor̄ r̄leuem̄.
nisi q̄ aliud lamola n̄ uelit. **LA.**

Non ē p̄fecto qd̄ aliū de te ista disput
ari desiderem. ita est michi omnis
penitus sublata dubitatio. si qua
animo prius insederat. et sane
mi preceptor nichil est. quod pri
dem in te miratus. sim magis
q̄ que nunc ex te audiui de the
ologia dicente. Ego enim plane
ignatus eram tam bonum theolo
gum te esse. quem sciebam semp

et bonam attem prodes ium. ex
 qua quidem magnam gloriam
 adeptus est. etiam in eam omnem
 contriuisse. **GVARINVS**

Facitis amice uterque et pro ue-
 stra consuetudine. qui semper. et
 in omni sermone. atque in hac
 questione. perpetua tantum mi-
 chi tribuistis. quantum michi iure
 tribui posse nec agnosco. nec postulo.
 Quod me theologum prestante
 asseris. nolim michi tantum oneris
 imponas. Scio enim quod procul ab-
 sim ab ea facultate. Sed si me the-
 ologorum studiosum appellaueris
 non mentire. et a te dici facile
 patiar. Quod uero utriusque uel-
 trum satisfactum a me fuerit. uebe-

menter gaudeo. Id enim est michi
omnium carissimum: que michi
possint in uita contingere. Si ingenio
et industria mea que uobis grata
et iocunda sint: que ue comprobetis
ipso prestare possim. Tum facto dice
di sine reliquum diei tempus de am
bulationi datum est;

Bertholomeus facius Ro-
berto .s.

ANIMADVERTI vir ornatissime ex
lris tuis perbreuibus id qd per hosce
dies ex te audiui. Uideri tibi Lamo
Lam cui partes Dialogi mei tribuo;
nimis facile concedentem Guarino
omnia qd et quidam alius quem
honoris causa non nommo dixisse
fertur. At enim Lamolam uictas


ubiq; prebere manus q̄ nesciente
 obiecta confutare. Abuta ratione ut
 me tibi dixisse memini. pace tua loq-
 uar. Longe Roberte dissentio. Nam
 si una res tantum michi tractanda eet:
 fortasse hoc quod dicis probaretur ma-
 gis. Sed cum michi ppositum sit oēs
 artes ingenuas. atque omnia scientia-
 rum genera percurrere. nunq̄ esset
 inuentus disputationi mee exitus.
 si Lamolam guarino. et Guarinum
 Lamole sepius contradicentes. ac pu-
 gnantes inducerem. Idq; cū pmū
 efficere tentassem. plixitatis p̄sertim
 non necessarie fastidio permotus a
 proposito meo desiti. Satis enim
 duxi. cum ostendissem exempli causa
 que bona esse uiderentur i diuitijs


et e contra que mala ad alias species
deuenit: et in ea re una non p̄gredi
Longius. Quid enim relinquatur
postq̄ enumerata sunt bona malaq̄
ex quibus felicitas et infelicitas ma-
xime iudicatur quo longior deside-
retur disputatio. Sane quicquid p̄-
terea diceretur in eam sententiam
id exquisite cuiusdam cuiusdam
magisq̄ necessarie diligentie esse
censetur. Est michi preterea auctor
quo nescio an ullius grauior. Xeno-
phon ille socraticus. qui in eo dia-
logo qui est de uita tyrannica insci-
ptus comemoratis bonis et malis
que in uita tyrannica incidunt
questioni sue finem facit: quem ego
in hac disputatione quod attinet ad

scribendi genus imitari uolui. Sic
 etiam Cicero de senectute disputans:
 et de amicitia cum docuit qd boni
 sit in senectute: quid in amicitia.
 Nec Scipionem cato: nec fanium
 Lelio contradicentem facit: q̄q̄ est
 illa una et perpetua questio. Sed
 tacitis quibusdam obiectiunculis
 confutatis disputationi sue modū
 imponit. Sed autem in questioibz
 tusculanis facit: cum enim pbate
 uult mortem non eē malū: aut ai
 egritudinem cadere in sapientem
 non posse: que una et perpetua q̄
 stio est: quomam his de rebz uaria
 est opinio. Propterea D. Brutum
 interdum repugnante inducit. Est
 altera ratio qua id fecerim. Scaen.


personę dignitatem in dialogis seruanda esse. Cum uero scirem qua comitate et facilitate sit lamola in respondendo et minime pertinaciter aduersando ueritati: seruire personę uolui et ea digna uideatur oratio. Huc accedit q̄ cum ei sermo et disputatio sit cum preceptore suo doctissimo et grauissimo uirō cuius auctoritas summa est et habetur; indignum censui et contra decorum inducere illum. Guarini pertinaciter iudicio resagante. His rationibus adductus sum uir doctissime: ne lamolam Guarini defensiones resfellentem: sed potius eas facile ut tu dicis concedente facias. Que ideo tibi significare uolui ne a me hoc temere factum putes. et

vt omnibus nota sit proposita atque
instituti mei ratio: qui ea qua tu op
imone tenerentur: Cum uero feraria
repetere consitueris prestabo. ut ex
emplar aliquod ipsius dialogi tecu
ferre possis quando quidem ita petis.
vt illum et Principi tuo pillustri. ac
litteratissimo: et Guarino preceptori
mro ostendas. quorum alterius gratia
pte inire. alterius augere si modo pos
sim uehementer cupio. Vale.




























Adobe RGB

53	84	119	160	199	244
53	85	120	162	201	243
53	86	119	162	201	238

ColorChecker 2022
Plats: 05-7an RGB | Adobe 1998

Adobe RGB

53	97	156	227	172	62
65	148	57	201	85	132
143	81	60	56	145	164

